BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
71
3 B
16

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

IV
4
C

4.4.E 1.

GVLIELMI
Baïllij Societatis IESV
LIBELLVS
DE QVANTITATE SYLLABARVM GRÆCARVM.

EIVSDEM

ALTER DE DIALECTIS GRAECORVM LIBELLVS.

Burdigalæ.
Ex officina S. MILLANGII Typographi Regij.

M. D. LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

SVMMA PRIVILEGII.

Petrvs Lohierivs Prouincialis Collegiorum Societatis Iesv in Aquitania, iuxta priuilegium eidem Societati à Rege Chriſtianiſſimo 10. die menſis Maij anni 1583. conceſſum, (quo Bibliopolis omnibus vetatur, ne libros ab eiuſdē Societatis hominibus compoſitos abſque illorum permiſſione imprimant) permittit Simoni Millangio Typographo Regio, vt Gvlielmi Bailli libellū de quantitate Syllabarum Græcarum, & eiuſdem alterum libellum de Dialectis Græcorum ad octo proximos annos imprimere, ac liberè diuendere valeat. Datum Burdigalæ 16. Auguſti. 1588.

P. LOHIERIVS.

Auctor ad librum ſuum.

Cur informis adhuc caput per auras
Effers? Quò properas? Diana nondum
Tibi caſta fauet; premaris annum
In nonum Lyricus iubet Poëta.
Quin limam refugis ſeueriorum
Cenſorum, & rabidum Theonis vnguem,
Cum ſis arte rudi, rudiq́ue fabro,
Et non Mentoreo labore cultus?
Sed heus nil vereare mi libelle,
Morſu pumiceo licet politus
Non ſis, nec niteas cedro perunctus.
Sint qui doctius elegantiúſve
Scribant, auribus Atticis probati.
Factum ſed ſatis eſt mihi, tibique,
Si te lector vbi benigniore
Dextra triuerit, eſſe te probarit,
Si non ſplendidulum, tamen lacertis
Neruoſum, facieq́ue liberali;
Dein breuem, facilem, vtilem, recentem.
Hæc ſplendoris habent ſatis ſuperq́ue.

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΗΣ ΑΚΟΥΙΤΑΝΙΑΣ νεότητα τούτου τοῦ βιβλίου ὠφελείας, καὶ ἀξιότητος πέρι.

Θησαυροὺς μεγάλους ἀναγειρέτω ἄλλοθεν ἄλλος,
Ἀνθρώπων βίοτον πολλὰ κακωσομένους·
Τύνη ἀναγνώσῃς ὡς θησαυρὸν λαβὲ τοῦτο
Βιβλίον, ὠφέλιμον, οὐ δὲ κακωσόμενον·
Τοῦτο γὰρ Ἑλλήνων κατέχει ποιήματα πάντων,
ᾧ δύνασ' ἐν κόλπῳ Ἑλλάδα πᾶσαν ἔχειν.

Ἰάκωβος ὁ Σηγουίερος.

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ.

Εἴ σοι ἅδην φειδὼ τοῦ χρήματος, ἠδὲ πόνοιο·
Εἰ μὴ ἐν Ἑλλήνων βιβλί' ἅπαντα τρίβειν·
Εἰ ἐπέων κανόνας, καὶ ἀληθέας, ἠδὲ προδήλους
Ἐν δέλτοις βούλει τῆς ὀλίγησιν ἰδεῖν.
Τήνδ' ἀγόραζε βίβλον· σοὶ αὐτίκα ἀντὶ μικροῖο
Ἀργυρίου αὕτη πλοῦτον ἔδωκε μέγαν.
Ποιητῶν γὰρ ἔχει βίβλους πολλάς τε μακράς τε
Θαυμαστῇ μεθόδῳ ἠδὲ μιᾷ, ἠδὲ μικρά.

Ἀντώνιος ὁ Ἰορδανός.

Totius libri partitio.

TAntum lucis & ornamenti rebus omnibus diſperſis,& diſſipatis, recta & multo animi iudicio excogitata collocãdi ratio impertitur; quantũ olim ſplendoris Empedoclea concordia, rerum omnium parens,primo illi & confuſo elementorum aceruo dicebatur attuliſſe. Quemadmodum enim abEmpedocle,non temere excogitabatur amicitia : ſed vt ea,quę inter ſe aduerſa eſſent, & naturis pugnantibus continerentur, ſeiunctis regionibus collocaret; quæ verò aliqua beneuolentiæ & naturæ ſimilitudine conciliarentur, his propinqua domicilia diſtribueret, eáque via hanc vniuerſam orbis fabricam, quaſi vnum corpus tam multis, tamque diſſidentibus inter ſe ex partibus politiſſima arte perfectum diſponeret: Sic ſapiens in artibus tradendis diſpoſitio, quæ à Græcis tanquam familiæ ampliſſimæ ſolers diſpenſatrix,& confuſionis expultrix, *οἰκονομία* vocatur, res inter ſe ſimiles,vnius,eiuſdẽque regionis terminis, ac præceptis circumſcribit;alterius vero naturæ alijs domiciliis includit, vniuerſam deniq; artis fabricam tanquam altera Homerica catena prudenter coniungit.Itaque ne in hoc libro, in quo Græcarum ſyllabarum quãtitas à nobis perquiritur facilis rerum diſpoſitio,& ars deſideraretur,quam paſſim in ſcriptoribus huius artis requiri video,omnes vias animo & cogitatione percurri,

vt eum demum curſum tenerem,in quo tanquam in ſalebris adoleſcentium animi non hærerent, & tota nihilominus artis ratio nudè expoſita comprehenderetur. In primis igitur ſic ſtatuendum video, omnium ſyllabarum quantitatem vel à natura,vel ab arte pendere. Nam quamuis ipſa quantitas vocum, ſicut & voces ipſæ, earúmque ſignificatio ex libera hominum inſtitutione proficiſcatur, hacque ratione artificioſa cenſeri poſſit:coguntur tamen Grãmatici naturæ,non arti ea tribuere, quorum nulla alia ratio præter primam hominum inſtitutionẽ reddi poteſt. Interrogati enim & conſulti de quantitate cuiuſlibet ſyllabæ,reſpondent illi, eſſe natura ſua, vel breuem, vel longam,niſi aliqua artis præceptio, & regula aliter decernendum eſſe definierit.Duę igitur nobis cõſtituendę fuerunt partes huius libelli , quarum altera eas complecteretur regulas quantitatis ſyllabarum,quę ad naturam referrẽtur:altera demũ ea præcepta aperiret,quæ regulas generales artis includerent; Et id quidem ſatis perſpicuum fuit,ſed nõ perinde clarum vtri potiſſimum parti primas tribueremus: eas natura, quæ prior eſt arte,iure ſuo ſibi vendicabat:artis tamen repugnauit ratio, quæ facillima quæque,ac notiſſima, generaliſſimaque primo loco ſolet collocare. Deinde partem priorem in tria capita ex triplici interuallorũ varietate diuiſimus. Omnes enim ſyllabæ vel ſunt breues,vel longæ,vel communes. Ac breues quidem, quæ vno interuallo conſtant,& ſimpliciores ſunt,primum locũ occuparunt; communes,quæ ex breuium & longarum cognitione pendent poſtremũ:medius hac ratione longis conceſſus eſt.Nec diſſimili ratione partitionem ſimilem poſterioris partis fecimus,prout trium vocalium ordo poſtulabat.

DE QVANTITATE SYLLABARVM GRÆCARVM LIBELLVS.

PRIMA PARS.

De regvlis generalibvs artis.

DE SYLLABIS BREVIBVS. CAPVT I.

Omnis ſyllaba correpta cognoſcitur

1 Vocalibvs breuibus ε & ο: *vt τέκον. Homerus Iliad. ω. verſ. 255.*

> Ὢ μοι ἐγὼ πανάποτμος, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους.
> *Heu me valde infelicem, quoniam genui filios optimos.*

2 Derivatione. Cum enim primitiuum eſt breue, quæ ab eo deducuntur plerunque corripiũtur: *vt à nomine μάκαρ prima breui, fit μακαρίζω etiam breui. Homer. Odyß. ε. verſ. 7.*

> Ζεῦ πάτερ ἠδ᾽ ἄλλοι μάκαρες θεοὶ, αἰὲν ἐόντες.
> *Iuppiter pater, atque alij beati dij ſemper exiſtentes.*

& Odyſſ. ρ verſu 165.

> Ἔξ ἐμεῦ ὥς ἄν τίς σε συναντόμενος μακαρίζοι.
> *Ex me vt aliquis occurrens, te beatum diceret.*

Cùm verò tollitur altera vocalis, quæ cũ alia coaleſcens in primitiuo diphthongum efficiebat, anceps α, ι, υ, quæ ſola remanet in verbo deducto ſæpius breuis euadit. *vt à μαίνομαι fit μανία, detracto ι; à φεύγω, φυγὴ, ſublata præpoſitiua vocali ε, in vtro-*

que vocabulo prima breui. *Tyrtæus.*

Μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε μηδὲ φόβου.

Neque turpis fuga, aut timoris initium facite.

Solon.

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς.

Breue ſane tempus meam oſtendet ciuibus inſaniam.

Iſte tamen canon de deriuatione vbique non ſeruatur, nam μανικὸς primam retinet longam, quãuis μανία eandem correptam habeat. Sic apud Latinos lucerna corripitur, licet primitiuum eius verbum luceo producatur.

Horat. od. 8. lib. 3. carm.

Sume Mæcenas cyathos amici
Soſpitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem:

& od. 21. eiuſdem libri.

Viuaq; producent lucernæ,
Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

Sic verba circunflexa, quæ à Barytonis proficiſcuntur, & ex diphthõgo poſita in penultima ſyllaba, alteram vocalem amittunt, ancipitem in penultima relictam corripiunt: *vt à πείθω fit πιθῶ, à δαίω fit δαῶ, ſic mutato accentu à τίω fit τιῶ, à κύρω fit κυρῶ à φύρω φυρῶ, quæ omnia penultimam corripiunt.*

3 Compositione. Cum ſimplex breue cenſetur, compoſitum eandem legem ſeruabit: *vt βαρὺς, & βαρέω primam corripiunt: ſic compoſitum οἰνοβαρὴς penultimam corripit. Hom. Iliad. α. verſ. 223.*

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων.

O vino grauis, canis oculos habens.

Eadem ratione particulæ quędam in compoſitione occurrentes ſuas ancipites corripiunt, particulæ autem tales ſunt, ἐρι, ἀρι, ἀ, ἄγα, ἄγαν, βρι, δυς, ζα: *vt ἀρίδηλος, ἐρίτιμος, ζαμενὴς, & alia permulta.* Nec ab hac

ab hac lege deflectunt vocales ancipites,quæ mediam compoſitionem ingrediuntur, ſæpius enim corripiuntur:*vt* καλλιπάρηος.*Hom.Iliad.α.ver.*184

πέμψω.ἐγὼ δὲ κᾄγω βρισηΐδα καλλιπάρηον.

Mittam.ego autem duco Briſeidem pulchram genis.

Nonnunquam tamen anceps in medio compoſitionis poſita producitur:*vt* πιμαγήτης.

4 DIALYSI diphthongi propriæ, vel impropriæ, cum enim per diæreſin diphthongus diſſoluitur, vocales ancipites diſſolutæ breues euadũt:*vt* πάϊς *pro* παῖς. *Heſiod.*ἔργων *verſu* 50.

Κρύψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐῢς πάϊς Ιαπετοῖο.

Abſcondit verò ignem,quem quidem rurſus bonus Iapeti filius.

Id verò ſæpius ſolet euenire,his particulis in compoſitione diſſolutis, & duobus apicibus notatis, ἐῢ *pro* εὖ,ἠῢ *pro* ἠυ. *vt apud Heſiod.*ἔργων *verſ.*164.

Ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.

Ad Troiam ducens Helenæ pulchricomæ cauſa.

*Sic Tryphiodorus in excidio Ilij.verſ.*50.

Καὶ σκῦρον μὲν ἔβαινε λιπὼν ἐϋπάρθενον ἄστυ.

Scyrum quidem profectus eſt relinquens vrbem pulchras virgines habentem.

Theocritus tamen dum diſſoluit ᾳ diphthongum impropriam in αϊ, α producit in dictione ῥάϊστα *Eidyll.*11.

Οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

Sic igitur vixit facillime Cyclops apud nos.

Sic apud Dionyſ.in lib.de ſitu orbis verſu 322. & 323.θρήϊκες deductum à θρᾶκες,ex quo deriuatum eſt θρῆκες,& per diſſolutionem θρήϊκες, ῑ diſſolutũ producitur.

Αὐτοί τε θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.

Ipſiq; Thraces immenſam terram habentes.

Nicander tamen in Theriacis eandem ſyllabam nunc producit, nunc corripit.

Latini dum diæreſi vtuntur partim vocales diuiſas corripiunt: *vt Catull. in hoc hendecaſyllabo.*

Si linguam clauſo tenes in ore.

Partim producunt: *vt Virg.*

Diues opum, diues pictaï veſtis, & auri.

Quod in locis tantum quatuor, more Græco, à Virg. factum Probus annotauit. A Lucretio vero ſæpiſſime vſurpatum nemo neſcit.

5 REDVPLICATIONE. Cum enim ι ponitur in ἀναδιπλασιασμῷ: id eſt, geminatione, quæ locum habet in verbis in μι, & in aliis, quæ illa imitantur, illud corripitur: *vt* δίδωμι, τίθημι, πιταίνω. *Homer. Iliad. α. de Chriſeide.*

πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει. ———

Charo patri in manibus ponebat.

Et Nonnus poëta Panoplitanus.

——— χάριν γενέτῆρι πιταίνων.

agens gratias patri.

Si tamen verbum oriatur ab alio, in quo perſona thematis ſit poſitione longa, & ab eo detrahatur poſitio, ι remanet productum: *vt à* γιγνώσκω, *quod oriebatur à* γνόω, *fit* γινώσκω *prima longa, & à* γίγνομαι *quod deducebatur à* γείνω, *vel* γεννάω, *fit* γίνομαι *prima etiam longa. Heſiod.* ἔργων. ẘ. 278.

Γίνεται. εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.

Eſt (bona iuſtitia) ſi verò quis voluerit iuſta dicere.

Et in eodem libro verſ. 279.

Γινώσκων, τῷ μὲν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.

Cognòſcens, huic quidem felicitatem largitur latè videns Iuppiter.

6 THEMATIS PRIVILEGIO. Anceps ſiquidē in principio thematis collocata, ſæpius fit breuis:

vt ἱκάνω. Hom. Iliad. α. 254.

Ὢ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει.

O dij immortales, certè magnus luctus Achiuam terram inuadit.

Anceps tamen in capite præteritorum, augmenti gratia, extenditur.

7 TERMINATIONE in οεις. Adiectiua ſiquidem in in οεις deſinentia, antepenultimam corripiunt: *vt* ὑδατόεις, φοινικόεις, σιγαλόεις. *Heſiod. in clypeo Herculis verſ. 95.*

Ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα.

O amice, ſed tu celeriter contine habenas rutilantes.

Hom. Iliad. ε. verſ. 226.

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα καὶ ἡνία φοινικόεντα.

Sed age, nunc ſcuticam, & habenas mirificas (cape.)

8 CREMENTO, quod partim in nominibus cernitur, partim in verbis cuius cognitio licet clariùs ex familiari lectione poëtarum percipiatur, de eo tamẽ eſt aliquid dicendum.

DE CREMENTO NOMINVM.

1 SI ANCIPITES α, ι, υ, in vltima recti corripiantur, eædem quoque in obliquis penultimam corripiunt: *vt* λαμπάς, λαμπάδος, λαμπάδι, λαμπάδα: Ὀλυμπιάς, ὀλυμπιάδος: ἀσπίς, ἀσπίδος: ῥαδάμανθυς, ῥαδαμάνθυος. *Solon.*

Ἄλλος Ὀλυμπιάδων μουσέων πάρα δῶρα διδαχθείς.

Alius Olympiadum Muſarum munera doctus.

Tyrtæus de fortitudine bellica.

Πολλὰ διὰ στέρνοιο καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης.

Multa per pectus, & ſcutum rotundum vulneribus.

Theognis verſu 701.

Οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ.
Neque ſi iuſtitiam quidem habeas Rhadamanthi ipſius.

2 Nomina quorum vltima ſyllaba in ξ, aut ψ terminatur, ſi præcedat aliqua ancipitum natura breuis, obliquorum penultimam corripiunt; quanquã in recto propter poſitionem eandem longam ſortirentur: *vt* κύλιξ κύλικος: χάλυψ χάλυβος. *Polemon apud Athenæum lib.* 15.

Καὶ κυλίκων ἔριδας διαλύετε, καὶ κατάθεσθε.
Et calicum contentiones diſſoluite, & deponite.

Callimachus in hoc pentametro.

Ζεῦ πάτερ ὡς χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος.

quod ita ad verbum Catullus conuertit.

Iuppiter vt Chalybum omne genus pereat.

Hæc regula præcipuè locum habet in nominibus fœmininis. Ideo hinc ſunt excipiẽda nomina maſculina in αξ: *vt* θώραξ, θώρακος. *Tyrtæus* περὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς, *id eſt, de bellica virtute, hoc verſu pentametro.*

Καὶ διὰ θώρακος πρόσθεν ἐληλαμένος.
Et per thoracem ab anteriore parte ſauciatus.

Excipe etiam hæc monoſyllaba, ῥάξ, γρύψ, γύψ, ῥίψ, ἴψ, & nomina quædam maſculina in υξ non compoſita: *vt* κῆυξ, κόκκυξ. *Nicander Theriac. verſ.* 853.

Ἢ αὐτοὺς κόκκυγας ἐρινάδος.
Vel ipſos groſſos Caprifici arboris.

Excipe etiam nomina maſculina in ιξ: *vt* φοῖνιξ. *Homer. Iliad. η. verſ.* 305.

Αἴας δ' ἐ ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινόν.
Aiax autem balteum dedit puniceo colore ſplendidum.

In deriuatione tamen hoc vocabulum φοινικόεις eſt breue, vt ſuperius monui. *Heſiod. in clypeo Herculis verſ.* 194.

Αἵματι φοινικόεις, ὥσπερ ζωὸς ἐναρίζων.

Sanguine rubens, tanquam vinos ſpolians.

Interdum verò longum: *vt apud Homer. Odyſſ.* λ. 123

Οὐδ' ἄρα τοίγ' ἴσασι νέας φοινικοπαρῄους.

Neque ſane hi ſciunt naues proras rubeas habentes.

Nomina verò quæ exeunt in λιξ penultimam corripiunt: *vt* κύλιξ κύλικος, *de quo paulò ante diximus.* At λαίλαψ licet in recto α natura longum habeat, illud tamen in obliquis corripit: *Hom. Odyſſ.* μ. 400

Καὶ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων.

Tum verò ventus quidem ceſſauit turbine ſæuiens.

Poëtæ tamen licentia à ſuperioribus regulis interdum diſcedunt. Homer. nunc producit, nunc corripit υ in nomine κῆρυξ: *vt Iliad.* γ. 268.

Ἂν δ' Ὀδυσσεὺς πολύμητις, ἀτὰρ κήρυκες ἀγαυοί.

Simul & Vlyſſes fraudulentus, ſed præcones egregij.

& verſu 273.

Κήρυκες Τρώων καὶ Ἀχαιῶν.

Præcones Troûm, & Achæorum.

Corripit tamen aliquando. vt in illo verſ. κήρυκι ἠπυτίδῃ

3 Nomina propria, diminutiua, & polyſyllaba declinata per δος ancipitem breuem obtinent: *vt* κύπρις κύπριδος, κρηνὶς κρηνίδος, παγασὶς παγασίδος. *Phocyl. in ſent.*

Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.

Virtutis amor honeſtus eſt, ſed Veneris auget dedecus.

Moſchus in Epitaphio Bionis.

Παγασίδος κρράνας· ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθούσας.

De fonte Pegaſeo. alter verò tenebat poculum de Arethuſa.

Quod verò attinet ad polyſyllaba, ſi ea penultimã & antepenultimam corriperent, tunc ι producũt: *vt* πλοκαμὶς πλοκαμῖδος. *Phocyl. in ſentent.*

Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος

Ne in maſculo puero nutrias cæſariem obtortam.

4 Nomina quælibet in υς, ſiue υ longum ſit, ſiue

breue, terminata: υ, quod eſt in penultima obliquo rum ſyllaba, corripiunt: *vt* μυς μυὸς: δάκρυ δάκρυος, Ἐριννὺς ἐριννύος. *Hom. in Batrach.* 6.

Πᾶς μύες ἐν βατράχοισιν ἀριστεύσαντες ἔβησαν.

Quomodo mures in ranas egregiè pugnantes iuerunt.

& Iliad. ι.

Πρόχνυ καθεζομένη· δεύοντο δ᾽ ἐ δάκρυσι κόλποι.

Nixis genibus manens. rigabantur autem lacrymis ſinus.

Moſchus Eidyl. 2.

Ἤ τινος κηρὸς ἢ Ἐριννύος αἰνὰ βέλεμνα.

Vel alicuius Parcæ, aut furiæ duris telis.

Excipe ab hac regula, ea quæ duplicem terminationem ſequũtur: illa enim poſſunt eſſe nunc breuia, nunc longa: *vt* φόρκυν φόρκυνος. *Hom. Odyſſ.* μ.

Φόρκυνος δ᾽ ἐ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος.

Phorcynis autem quidam eſt portus marini ſenis.

φόρκυς φόρκυος penultimam ſemper obtinet breuẽ.

5 SI DATIVVS ſingularis penultimam corripiat, eam quoque corripit datiuus pluralis, ſi à ſingulari formetur: *vt* φρενὶ φρεσὶ, χρήματι χρήμασι. *Hom. Iliad.* α. 55.

Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Huic enim in mentibus poſuit dea albas vlnas habens Iuno.

Solon in hoc pentametro.

Ἀστοὶ βούλονται χρήμασι πειθόμενοι.

Ciues volunt (ſubuertere) pecunijs dediti.

6 A, QVOD per Metaplaſmum interponitur datiuis declinationum pariſyllabicarum, breue cenſetur: *vt* ἄστρασι *pro* ἄστροις, ἔγκασι *pro* ἐγκάτοις. *Hom. Iliad.* λ.

Μιχθήμεναι ἔγκασι φωτός.

Mixtum eſſe viſceribus hominis.

vbi ponitur ἔγκασι *pro* ἐγκάτοις.

& Iliad. μ.

——ἀείζηλοι δ᾽ ἐ οἱ αὐγαὶ

Φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ.

Lucidi verò eius radij

Apparent noctis medio inter multa aſtra.

quod etiam verum elucet in omnibus datiuis pluralibus quintæ declinationis, in quibus inſeritur *α*: *vt ἀνδράσι, πατράσι. Apollon. lib. 4. argon. ver. 463.*

Εἴκε δόλον ξείνοισιν ἐπ' ἀνδράσι τεχνήσαιτο.

Si vtique dolum hoſpitum cauſa parauerit.

7 I, QVOD ab Atticis, Ionibus & Æolibus, datiuis omnibus in *σ* deſinentibus additur, breue ſemper eſt. *Hom. Odyſſ. λ.*

Αὐτὰρ ἐπεὶ μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι.

At verò poſtquam procos domi tua.

DE CREMENTO

VERBORVM.

1 SI vocalis anceps *α, ι, υ*, ſit breuis in penultima præſentis, eadem & breuis erit in imperfecto: *vt ἁνδάνω ἥνδανον. Hom. Iliad. α: 179.*

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.

Sed non Atridæ Agamemnoni placuit animo.

2 PRAETERITI penultima corripitur, ſi penultima futuri corripiatur, niſi poſitio impediat: *vt φαίνω, φανῶ, πέφαγκα.*

3 A, QVOD inſeritur, & in præterito, & in aoriſto priori, breue cenſetur: *vt τετύφατον, τετύφαμεν, ἔτυψα, ἐτύψαμεν*: producuntur tamen tertiæ perſonæ in *ασι*: *vt τετύφασι, βεβάασι. Hom. Iliad. β. 134*

Ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί.

Nouem iam prætereunt Iouis magni anni.

4 AORISTI primi penultima verborum in *ζω, ττω,* & *σσω*, ſæpius correpta reperitur. *Heſiod. ἔργων: 86*

Ἐφράσαθ᾽, ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς μήποτε δῶρον.

Cogitauit, vt illi præcepiſſet Prometheus, ne quando donum (caperet.)

& 597.

Μέτρα δ᾽ εὐκομίσαι δὲ ἐν ἄγγεσιν.———

Menſura verò diligenter recondito in vaſis.

Tyrtæus de bellica fortitudine.

Καί τις ἀποθνήσκων ὕστατ᾽ ἀκοντισάτω.

Et aliquis moriens vltimo iaculum emittat.

Dixi ſæpius penultimam corripi Aoriſtorum: nam quædam verba in σσω, πτω, ζω, habent penultimam poſitione longam in aoriſto priore: *vt* ὀρύσσω, ὀρύξω ὤρυξα: φρίττω, φρίξω: παίζω, παῖξω. Quædam etiam, aoriſtorum penultimam natura longam habent: *vt* κοιμίζω, ἐκοίμισα. *Hom. Odyſſ.* μ.

Ἦ με μάλ᾽ εἰς ἄτην κοιμήσατε νηλέϊ ὕπνῳ.

Profectò me malum in detrimentum ſopiuiſtis ſæuo ſomno.

Quod cum vidiſſet Guillonius, exiſtimauit penultimam aoriſti prioris verborum in ζω, ſemper eſſe longam, cui tamen familiaris lectio poëtarum aduerſatur, quinimò ſolent poëtæ eandem ſyllabam producere, geminata litera σ. *Hom. Il.* β. 183.

Βῆ δὲ θέειν, ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε, τὴν δ᾽ ἐκόμισσε.

Iuit autem currendo, pallam autem proiecit, illã enim tulit.

Solon.

Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν, καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Vt legibus his, proſperum ſucceſſum, & gloriam largiatur.

5 Aoristi ſecundi penultima ſemper breuis eſt natura ſua: *vt* ἔλαβον, ἔλιπον, ἤλυθον. *Hom. Odyſſ.* μ. 1.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο.

Ceterùm poſtquam fluuij reliquit fluentum Oceani.

Solon.

Ἤλυθε πάντως αὖτις, ἀναίτια ἔργα τίνουσιν.

Venit omninò tandem, & immeriti facinora luunt.

Excipe

Excipe ab hac regula omnes aoriſtos ſecundos diſſyllabos; propterea quòd in penultimam illorum ſyllabam cadat augmentum: *vt* ἄδω ἧδον, ἕλω εἶλον, εἴδω εἶδον: & reliqua, quæ nunquam breuia eſſe poſſunt, niſi licẽtia poëtica intercedat in quibuſdam: vt cum pro εἶδον dicunt ἴδον. Excipe etiam eos aoriſtos, qui penultimam habent poſitione longam: *vt* ἐνέγκω ἤνεγκον: & vnicum aoriſtum verbi πλήττω, ſiue πλήσσω, qui in penultima habet ἔπληγον, dum ad corpus pertinet, quocirca natura longam habet penultimam.

6 F V T V R A quintæ coniugationis, & quę inde deducuntur tempora, penultimam corripiunt: *vt à* κρίνω *fit* κέκρικα, ἐκεκρίκειν, κέκριμαι, ἐκεκρίμην, ἐκρίθην & ſic ſinguli modi ſunt percurrendi. Excipitur tamen aoriſtus primus, vocis actiuæ, qui penultimã producit: *vt* ἔκρινα. *Apollinar. in pſalm. 9.*

Ὄφρα διακρίνειε δίκῃ, κλυτὰ πείρατα γαίης.
Vt iudicet æquitate, nobiles terminos terræ.

7 F V T V R A quæ proficiſcuntur à verbis, quorum penultima eſt aliqua ex ancipitibus, coniuncta cum ζ, vel duplici ττ, aut duplici σσ, ſublata poſitione, breuem penultimam retinent: *vt* σκάζω, σκάξω: ἱμάσσω, ἱμάσω: ἀκοντίζω, ἀκοντίσω.

8 P A R T I C I P I A Ionica in αως, penultimam ſyllabam corripiunt: *vt* τεθναώς. *Theocrit. in Epitaphio Eusthenis Phyſiognomonis.*

Πάντων ὧν ἐπέοικεν, ἔχει τεθναὼς ὁ σοφιστής.
Omnia quæ par eſt, habet mortuus philoſophus.

Notatione tamen dignum eſt, hoc participium μεμαώς, aliquando longam habere penultimam, aliquando breuem, quanquam participium ſit Ionicum verbi μάω: longam habet, cum in obliquis ſer

uat o,quod communiter fit: *vt μεμαὼς μεμαότος.* *Hom.Iliad.β*:

Λαοὶ θωρήσσοντο,μεμαότες ἐγχείῃσι. ———
Populi armabantur,haſtis prompti.

Cum verò in obliquis ſeruat *ω*:*vt μεμαὼς μεμαῶτος*: quod fit Ionicè,vt vult Euſtathius,vel poëticè: vt Gaza & Laſcaris,tunc *α* corripit.*Hom.Iliad.γ.*

Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν. ———
In animo habentes opitulari.

9 INFINITIVA verborum in *μι*, in *αναι*, vel *ωναι*, penultimam breuem habent,*vt ἱστάναι,ζεύγνυναι* ſic etiam τιθέναι,διδόναι:ratio autem eius rei in promptu eſt: quia hæc infinitiua, formantur à numero plurali,præſentis temporis, indicatiuorum ſuorũ: numerus autem pluralis indicatiui modi, & præſentis temporis, penultimam ſemper corripit, ex communi obſeruatione Grammaticorum.

10 DIALECTO quotieſcunque Iones in præteritis, ſublato *κ*,mutant *η* in *α*,toties illud *α*, habent breue:*vt βεβάασι pro βεβήκασι,γεγάασι pro γεγήκασι. Heſiod.ἔργων*: 108.

Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ,θνητοί τ' ἄνθρωποι.
Vt ſimul nati ſunt dij,mortaleſq; homines.

Idem accidit tertijs perſonis pluralibus,verbi paſſiui,quas Iones deducũt à tertia ſingulari addito *α*: *vt à τύπτεται fit τυπτέαται,penultima breui, à δεδαίαται præterito perfecto verbi δαίομαι, fit δεδαίαται, etiam penultima breui.Hom.Odyſſ.α.* 23.

Αἰθίοπας,τοὶ διχθὰ δεδαίαται,ἔσχατοι ἀνδρῶν.
Æthiopes,qui bifariam diuiſi ſunt,vltimi hominum.

Attici verò,cum primas literas thematis,prçter augmentum commune repetunt,penultimam corripiunt:*vt ἀλείφω vngo ἀλήλιφα*. Excipe verbum ἰ-

πείθω firmo, quod habet in præterito Attico *ἐρήρεικα*, penultima longa, vt differat ab *ἐρίζω contendo*, quod facit *ἐρήρικα*.

De ſyllabis longis.

CAPVT II.

Omnis ſyllaba longa cognoſcitur

1 VOCALIBVS longis η & ω, *vt ἀπειλήσω. Hom. Iliad. α.182.*

Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε.
Nec aduerto iraſcentem; minabor autem tibi ſic.

2 DIPHTHONGO qualibet. Omnis enim diphthõgus producitur. *Hom. Iliad. χ.*

Αὐτὰρ ἐγώ, κἀκεῖθι, φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου.
Tamen ego, & illic, dilecti recordabor ſocij.

3 ACCENTV circunflexo. Omnis enim ſyllaba circunflexa producitur: *vt πῖνε, δῖος. Hom. Odyſſ. ζ.* 242

Ἤτοι ὁ πῖνε, καὶ ἦσθε, πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.
Atque ille bibebat, & edebat aſtutus diuus Vlyſſes.

4 CONTRACTIONE. Contracta enim omnia producuntur: *vt ὄφι pro ὄφιι.*

5 POSITIONE. Fit autem poſitio apud Græcos tribus modis. Primus eſt, cum vocalem in eadem dictione ſequuntur duæ conſonantes, aut aliqua ex duplicibus ζ, ψ, ξ: *vt θάρσος, ψάλλω, φράζω, τύψω, λέξω.* Alter eſt, cum vna dictio in cõſonantem deſinit, & ſequens ab altera conſonante initium ſumit: *vt in hoc verſu Homerico.*

Αὐτίκ' ἄρ' Ἥφαιστον προσεφώνεεν ὃν φίλον υἱόν.
Confeſtim Vulcanum allocuta eſt ſuum filium.

Tertius denique eſt, cum aliqua vocalis breuis, exiſtit in fine dictionis, & dictio quę ſequitur, aut du-

pliceṁ literam, aut duas conſonantes ſortitur: *vt in illo Lini poetæ antiquiſsimi verſu.*

Ταὶ μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.

Has tu cuſtodia mentis, ab animo arcete.

Orpheus in Argonauticis.

Λῆμνόν τε ζαθέην. ———

Lemnúmque diuinam,

Theognis in ſuis ſententÿs.

Ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι.

In ſerio verò negotio pauciores.

Non ignoramus à Probo, Diomede, Donato, Mario Victorino, plures conſtitui poſitionis modos, nunc octo, nunc ſex. Verum imprimis vnum ex illis nunquam recipiunt Græci, cum videlicet j & v degenerant in conſonantes, poſitionémque iuuãt: reliquos vero modos omnes, meritò ad tres ſuperiores reuocauimus.

Has porrò tres poſitionis formas Grȩci quidẽ poëtæ familiariſſimas habent. Latini duas priores retinent, tertiam familiarem non habent, imitantur tamen nonnunquam. *Catullus in Hymenæo.*

Nulla fugæ ratio, nulla ſpes: omnia muta.

Tibul. lib. primo.

Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapes.

Catullus in iambico trimetro puro, qui continet Faſeli dedicationem.

Propontida, trucémue Ponticum ſinum.

In quo verſu extremæ ſyllabæ dictionis (Propontida) Iambum efficiunt, propter dictionem ſequentem, quæ à duabus conſonantibus initium ſumit, vt rectè annotauit Muretus.

Cùm autẽ poſitio poſteriore modo fit, Poëtæ Grȩci ad nutum, & arbitrium, vel illam producunt, ſi

id carmen poſtulet, vel corripiunt, quanquam rarius. *Homer. Odyſſ.* ι, 24.

Δουλιχιόν τε, Σαμήτε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.
Dulichiumq́; Sameq́; & nemoroſa Zacynthus.

Interdum etiam λ, μ, ν, ρ, naturam duplicium induũt: vt quiuis facile perſpiciet ex ijs, quæ de liqueſcentia docebimus. Hinc quoque fit, vt litera σ, quę pro liquida aliquando cenſetur, in fine alicuius pedis, ſequente etiam vocali producatur. *Hom. Odyſ.* α. 5.

Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων.
Magna cura ſeruans ſuam animam, & reditum ſociorum.

Quid ſi dicant aliqui, eſſe hîc cæſuram, aut lagarũ pedem?

& in illo verſu qui eſt apud Euſtathium.

Δὸς ἄρτον πτωχῷ, καὶ κόνδυλον ἀντ' ὄψου αὐτῷ.
Da panem mendico, atque obſoni vice pugnum.

In illo inquam verſu, ſyllaba (δὸς) *longa eſt, propter* σ, *quanquam vir erudītiſſimus Marcus Antonius Muretus variarum lectionum lib.* 13. *cap.* 4. *hunc verſum eſſe* ἀκέφαλον *exiſtimet.*

5 SYMPHONESI, quæ Synecphoneſis, & Syniześis vocatur, quæ fit, vt ait Hepheſtio, ὁπόταν δύο συλλαβαὶ, σύμφωνον μὴ ἔχουσαι μεταξὺ ἀλλήλων, ἀντὶ μιᾶς παραληφθῶσιν. id eſt, Quando duæ ſyllabæ nullam interiectam habentes conſonantem, pro vna ſyllaba ſumuntur. Ea autem figura, vel oritur, ex duabus longis ſimul poſitis, *vt apud Apollonium lib.* 2. *Argonaut.* 1254.

Γυιούμενος χαλκείῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεύς.
Vinctus æreis compedibus Prometheus.

Vel ex breui & longa: *Heſiodus* ἔργων. 582.

Δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν.
Arbori inſidens, ſtridulum effundit cantum.

Hom. Il. α. v. 1.
Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.
Iram cane dea Pelidae Achillis

Hunc morem Virg. ſecutus ita canit li.10.ſummi oper.

Hic finis fandi, ſolio tum Iuppiter aureo.

& lib.6.

Ferreiq; Eumenidum thalami, & diſcordia demens

& multis alijs in locis.

Vel ex longa & breui. *Heſiodus.*

Βουσὶ, καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηέτανον, αὐτὰρ ἔπειτα.

Bobus, & mulis continuum, ſed poſthac.

Sic Virg. lib.6.

Fixerit aëripedem ceruam licet, aut Erymanthi.

Placarit nemora.

vbi pro aeripedem, alij æripedem legunt.

Vel ex duabus breuibus. *Heſiod.* ἔργων. 109.

Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων.

Aureum quidem primum genus mortalium hominum.

Sic Virg. lib.1. Georg.

Caumq;, Iapetumq; creat, ſæuumq; Typhoëa.

Denique tales permultæ Synecphoneſeos formæ, Theognidi, Tyrtæo, & Soloni ſunt familiares.

7 Caesvra, quæ poteſtate ſua ſyllabam producit, & locum habet, apud Græcos, poſt primum, ſecũdum, tertium, quartum, & quintum pedem. Exempla illud facient perſpicuum.

Poſt primum quidem, quę vocatur Græcis τριημιμερὶς, quę pedem vnum & ſyllabam continet. *Homer. Odyſſ.* α. 27.

Ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν ὀλυμπίου ἀθρόοι ἦσαν.

Iouis in regia Olympi congregati erant.

Poſt ſecundum, & vocatur πενθημιμερὶς, Latinè à M. Varrone, apud Gelliũ quintus ſemipes, à Priſciano Semiquinaria. *Heſiod.* ἔργων. 552.

Τὸν φθάμενος, ἔργα τελέσας, οἶκον δὲ νέεσθαι.

Hunc præuertens opere perfecto, domum redi.

Poſt tertium, quæ cæſura ἑφθημιμερὶς dicitur, *Hom.*

Odyſſ.α.365.

Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν, ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα.

Proci autem tumultuabantur, per ædes obſcuras.

Poſt quartum, quæ vocatur ἐννεημιμερής. *Hom. Odyſſ. β.104.*

Ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν, ὑφαίνεσκε μέγαν ἱστόν.

Tum verò interdiu quidem, texebat magnam telam.

Poſt quintum. *Iliad.ξ.185.*

Καλῷ, νηγατέῳ, λευκὸν δ' ἦν ἠέλιος ὥς.

Pulchra (vitta) nouiter facta, candida autem erat veluti ſol.

Aliquis tamen poſſet obijcere, σ hic vel liqueſcere, vel vices duplices ſubire. Hinc cum Maximus Planudes, paſſim apud Homerum, talia exempla repeſiſſet, auſus eſt dicere, finem cuiuſlibet dictionis, Homero eſſe communem. Latini hanc quoque licentiam à Græcis ſumpſerunt. Producunt enim cęſuras, etiam breues, quas Diomedes manſiones, ſectiones, & inciſiones vocat, poſt primum, ſecundum, tertium, quartum pedem, poſt quintum verò rariſſimè. Exempla ſubiiciamus.

Poſt primum. *Virg. lib.3. Georg.*

Inualidus, etiamq; tremens, & iam inſcius æui.

& lib.4. Aeneid.

Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta.

Poſt ſecundum: *Virg.5. AEneid.*

Olli ſerua datur, operum haud ignara Mineruæ.

Hic Priſcianus, & alii Grammatici dicunt fieri trochaicam, cùm poſt duos pedes primos ſequitur trocheus dictionem terminans: *vt Infandum regina*, Verum hæc non eſt propriè cæſura.

Monui ſuperius M. Varronem apud Gellium, libro duodeuiceſimo, capit. vltimo, ſemiquinariā cæſurā vocare quintum ſemipedem, quem in longis ver-

ſibus,qui hexametri vocantur (ſiue etiam heroïci, Pythij,Epici,Bucolij à Diomede)omni modo verbum finire docet;quæ regula ſi vera ſit,non video, qua tandem ratione,altera regula,quam paulo ante tradidit Gellius,poſſit vnquam vera videri: ait enim in huiuſmodi verſibus,& in ſenariis,duos primos pedes,ſingulas poſſe integras partes orationis habere.hæc ille. Ergo aliquando non occurrit ille quintus ſemipes,verba igitur Varronis(omni modo) perpetuam veritatem non ſignificant, quanquam Priſcianus in tractatu de duodecim carminibus, dicat neceſſe eſſe cæſuras in carmine reperiri;quã regulã tamen cum Mureto,inanẽ vocare nolim, præſertim cum præſtantiſſimi poëtæ eam tam diligenter obſeruarint, & verſus,in quibus cęſuræ deſint, minus certè ſuaues, aut etiam inculti videantur.Qualis eſt ille Ennianus.

Romæ mœnia terruit impiger Hannibal armis.

& Homericus primus verſus Odyſſ.

Α'νδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ.

Virum dic mihi Muſa multorum morum qui valde multum (errauit.)

Poſt tertium. *Virg. 3. AEneid.*

Dona dehinc auro grauia,ſectoq́ elephanto.

Diomedes libro tertio hic addit τετραποδίαν,ſeu βουκολικὴν,quæ fit,ſi hepthemimeri duas breues ſyllabas adiungas.Bucolica dicitur,quia Theocrit. Bucolici carminis auctor, ea plurimum ſit vſus: ſed meritò Priſcianus eam ex numero cæſurarum reijcit.

Poſt quartum. *Virg. 7. AEneid.*

Suſtinet ac nata, Turniq́ canit hymenæos.

Verùm in hoc vltimo verſu, Grammatici aiũt H vicem conſonantis ſubire, quod quàm ſit rationi cõſenta-

ſentaneum, intelligent ij, qui Gellium legerint. Is enim lib. 2. c. 3. h magis ſpiritum, quam literam eſſe dicit, & vidiſſe ſe librum mirandæ vetuſtatis, Virgilij *αὐτόγραφον*, in quo ſcriptum erat hoc nomen (ahenum) aſpiratione ſupra poſita, non vt iam ſcribitur lateri pręfixa. Non poterat igitur temporib. Virgilii aſpiratio eſſe conſonans, vtpote quæ literis non annumeraretur, nec vocalibus præfigeretur. Nec verò cœpit eſſe conſonans litera, cum poſt tempora Virgilij, literis non ſupra poſita, ſed præfixa eſt, ſicut nec apud antiquiſſimos Gręcos, ideo litera cenſebatur olim, antequam de medio dictionum textu, in apicem eſſet deiecta, vbi hoc tempore apud eos videtur aſpiratio. Illis enim contrarium accidit, atque Latinis in aſpirationis nota depingenda. Quod aliqui probant ex antiquis nummiſmatis Heraclienſium, & non obſcurè Athenæus lib. 9. oſtendit; *διόπερ*, inquit, *καὶ ῥωμαῖοι προτάττουσι τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ Η προγράφουσι.* Quamobrem Romani omnibus aſpiratis nominibus H præfigunt.

8 Compositione. Dum ſimplex eſt longum, & compoſitum longum cenſebitur, *vt à τιμὴ prima longa, fit ἄτιμος ſecunda longa.*

Τὸν δ᾽ ἔφαθ᾽ ὅστις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνου ἠδ᾽ ἀγέραστος,
Τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἢ θέμις ἐστί.

Illũ etiam dixit, qui ſub Saturno fuerit honoris expers, atque
Ad honores & præmia acceſſurum, veluti fas eſt.

9 Derivatione. cum primitiuum eſt productũ, quæ inde deriuantur, ſi nulla abijciatur, aut mutetur litera, producuntur: *vt à νικάω, fit νίκημα, νικητὴς νικητήριον*, quæ omnia primam producunt, quia *νικάω* eandem productam habet. *Hom. Iliad. γ. 138.*

Τῷ δέ κε νικήσαντι φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις.
Et vincenti chara vocaberis vxor.

Eadem ratione, ſi vocalis anceps fuerit longa, in maſculino, producetur etiam in fœminino: *vt πᾶσα primam habet productam, quia πᾶς longum eſt: vt Homer. Odyſſ. α. 53.*

Πάσης βένθεα οἶδεν· ἔχει δέ τε κίονας αὐτός.
Omnes maris profunditates nouit: ſuſtinet autē colūnas ipſe.

10 TERMINATIONE, Quæ vel cernitur in adiectiuis in οεις, quatuor ſyllabarum, quæ primam producunt: vt σιγαλόεις, & numeroſè claudunt verſum hexametrum, dum in obliquis collocātur. *Homer. Odyſſ. ε.*

Ἐν θρόνῳ ἱδρύσασα φαεινῷ σιγαλόεντι.
In throno collocatum, candido, ſtupendo.

Et ἠμαθόεις, Ionicè, pro ἀμαθόεις *Odyſſ. β. 214.*

Εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε, καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα.
Proficiſcor enim in Spartam, & Pylum arenoſam.

Vel cernitur in gentilibus in ανος. *Dionyſ. de ſitu orbis*

Γερμανοὶ, Σαρμάται τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε.
Germani, Samataq́ꝫ, Getaq́ꝫ ſimul, Baſtarnaq́ꝫ.

In quem locum Euſtathius Theſſalonicenſis his verbis ſic docet. ὅτι τὰ διὰ τοῦ ανος ἐθνικὰ ὀνόματα ἐκτείνει παρὰ τῷ Διονυσίῳ τὴν παραλήγουσαν, οἷον Βριτανὸς, Γερμανὸς, Ἀλανὸς, Καρμανὸς, Λευκανὸς. τὸ Ἠριδανὸς οὐκ ἔθνους ὄνομα· ποταμὸς γὰρ, διὸ συστέλλει τὴν παραλήγουσαν. ὡς καὶ τὸ ὠκεανὸς. id eſt: Nomina Gentilia in ανος deſinētia, peuultimā producunt apud Dionyſium: vt Bretanus, Germanus, Alanus, Carmanus, Leucanus: Eridanus autem non eſt nomen Gentile, ſed nomen fluuij, propterea penultimam breuem habet, ſicut & Oceanus.

11 CREMENTO, Quod partim in nominibus elucet, partim in verbis.

DE CREMENTO NOMINVM.

1 NOMINA primæ & ſecundæ declinationis, quæ per dialectos, incrementum ſuſcipiunt literæ *α*, illam producunt. *Hom. Odyſſ. ε. 78.*

Ἠγνοίησεν, ἰδοῦσα καλυψὼ δῖα θεάων.

Ignorauit, conſpicata Calypſo diua dearum.

2 SI ANCEPS ſit longa in vltima ſyllaba nominatiui, producetur quoque in penultima obliquorum, in nominibus quintæ declinationis: *vt* παῖς, παιδὸς, παιδὶ. *Moſchus in Epitaphio Bionis.*

Πανὶ φέρω τὸ μέλισμα, τάχ' ἂν κἀκεῖνος ἐρεῖσαι
Τὸ στόμα δειμαίνοι.

Pani fero fiſtulam tuam, fortaſſe & ille affigere
Ori verebitur.

Hinc tamen excipiuntur terminata in υρ: *vt* μάρτυρ, πῦρ, *&* ἅλς: quę licet in recto producantur, in obliquis tamen corripiuntur. *Pallad. lib. 1. Anthologiæ.*

Μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.

Teſtem Pythagoram Philoſophum ipſum habeo.

Apollinarius in Pſal. 17.

Ἄνθρακες ὀρνυμένοιο πυρὸς, μίγνυντο χαλάζῃ.

Carbones concitati ignis, miſcebantur grandini.

Leonides in epigrammatis Græcis.

Αὐτάρκης ὁ πρέσβυς ἔχειν ἅλα, καὶ δύο κρίμνα.

Contentus ſenex habere ſalem, & duos panes hordeaceos.

3 GENITIVVS in θος habet penultimam longam, quod & in reliquis obliquis ſeruatur: *vt* ὄρνις ὄρνιθος. *Phocyl.*

Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.

Neque aliquis ex nido ſimul omnes aues auferat.

Excipe *κόρυς κόρυθος*, quia vt in nominatiuo, ſic & in reliquis caſibus *υ* corripitur. *Homerus Iliad. φ.*

> Γυμνὸν, ἄτερ κόρυθός τε, καὶ ἀσπίδος· οὐδ᾽ ἔχεν ἔγχος.
> *Nudum, ſine galea, ſine clypeo: neque habebat haſtam.*

4 Si dativi ſingularis penultima ſit longa, eadē in datiuo plurali habetur longa: *vt παντὶ, πᾶσι. Odyſſ. α. 71.*

> Πᾶσιν κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη.
> *Inter omnes Cyclopas: Thooſa autem nympha eum genuit.*

Eodem pacto ſi penultima datiui ſingularis ſit breuis, eadem & in datiuo plurali erit breuis, vt ſuperius monui: quæ regula vera eſt ſemper, exceptis nominibus in *ρ* deſinentibus, in quibus litera *ρ* nō abijcitur in datiuo plurali, ſicut in datiuis aliorum nominum reijciuntur literæ *δ, θ, ν, τ*, vt rectè docet Clenardus. *Exemplum erit*: ῥήτωρ, ῥήτορος, ῥήτορι, ῥήτορσι: ἦτορ, ἤτορος, ἤτορι, ἤτορσι.

5 Prius *α*, quod inſeritur quibuſdam nominibus imparibus, producitur: *vt κέρατος, πέρατος, licet κέρατα, πέρατα corripiantur.*

DE CREMENTO VERBORVM.

1 Si ancipites *α, ι, υ*, producantur in penultima thematis, producentur quoque in penultima imperfecti: *vt ἐρύκω, poeticè ἔρυκον, κρίνω ἔκρινον, ὀτρύνω ὤτρυνον. Hom. hymno in Apollinem verſ. 98.*

> Ἥρης φραδμοσύνῃς λευκωλένου ἥ μιν ἔρυκε.
> *Iunonis conſilio albis vlnis decoræ quæ illam detinebat.*

2 Verba in *πτω*, ancipitem vocalem in præteritis producunt: *vt κύπτω, κέκυφα, υ producto. Nonnus.*

> ——— Καὶ νῶτα κεκυφότα τείρετο Σίμων·
> *Et Petrus humeris incuruatis diuexabatur.*

Et in vniuerſum quanta eſt penultima futuri natura ſua tanta eſt penultima præteriti.

3 AORISTVS prior verborum quintæ coniugationis Barytonorum ſemper habet penultimam longam, quamuis futurum, à quo deriuatur penultimã corripiat. In reliquis autem verbis Aoriſtus quantitatem futuri ſequitur. *Aoriſtorum quintæ coniugationis illud eſt exemplum apud Apollinar. in Pſal. 9.*

Ὄφρα διακρίνειε δίκῃ κλυτὰ πείρατα γαίης.

Vt indicet æquitate nobiles terminos terræ.

4 FVTVRA quę proficiſcuntur à Barytonis in ιω & υω penultimam producunt, quamuis in themate ſit communis: *vt* τίω τίσω, φύω φύσω. *Hom. hym. in Apollinem verſ. 55.*

Οὐδὲ τρύγην οἴσεις, οὔτ' ἂρ φυτὰ μυρία φύσεις.

Neque vindemiã feres, neque plantas innumeras produces.

Apollon. 2. Argonauticon.

Τῶν νῦν προφρονέως τίσω χάριν.

Eorum nunc lubenter referam gratiam. i. de ijs.

Eodem pacto verba finita in αω, dummodo præcedat vocalis aut ρ, penultimam futuri producunt: *vt* ἐάω ἐάσω, φυράω φυράσω. *Homer. Odyſſ. ξ.*

— ——Θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει.

Deus quidem hoc dabit, illud verò miſſum faciet.

5 OMNIS perſona in ασι terminata, penultimam producit. *Theognis in ſententiis.*

Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν.

Mali non prorſus mali ex vtero nati ſunt.

6 QVOTIESCVNQVE α eſt inſertum alicui perſonæ terminatæ in α, toties illud α additum ſequitur ſyllabæ proximè antecedentis quantitatem: *vt in* μαίμαα, α poſitum in penultima, producitur, quia prior ſyllaba μαι eſt longa. Contra verò in βόαα, penultimam ſortitur breuem, quia βο eſt breue. Itẽ

in *μηχανάαται*, tertia perſona ſingularis indicatiui, verbi *μηχανάομαι*, antepenultimam ſortitur breuē, propter breuem aliam præcedentem. *Heſiodus in ἔργοις.*

Ὅς τις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

Quicunque ſacrilegium committit, & impia machinatur.

In iſtis autem Ionicis *ἰσάωσι* pro *ἴσωσι*, & in ſimilib. *α* breuiatur. *Orpheus in Argonaut.* 101.

Καί μεν ἀλητείης τε καὶ ἐξ οἴστρου ἐσάωσε.

Et me ex erratione & œſtro ſeruauit.

Homer. Iliad. ν.

Καί τε πόλεις ἐσάωσε· μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.

Et ciuitates ſeruat, maxime vero & ipſe cognoſcit.

7 PENVLTIMA vocalis verborum actiuorum præſentis temporis, in *μι* deſinentium, longa eſt: vt *τίθημι, δίδωμι, ἵστημι*. Quæ remanet quoque longa in alijs perſonis ſingularibus, tam præteriti imperfecti, quam aoriſtorum: ſed quę erat in præſenti tempore indicatiui penultima, in imperfecto & aoriſto 2. eſt vltima: *vt ἐτίθην, ἐδίδων, ἐζεύγνυν, ἔστην*. Corripiunt tamen ſemper hæc tempora penultimā in numero duali & plurali. Excipe Aoriſtos omnes ſecundos quartæ cōiugationis: vt *ἔκλων, ἔδυν*. Item eos omnes, qui eandem ſeruant vocalem in omnibus numeris, vt *ἔστην, ἔστητον, ἔστημεν*. Aoriſti autem ſecundi verborū *τίθημι*, & *δίδωμι*, *ἔθην* & *ἔδων*, quia eandem vocalem non ſeruant, vt *ἔδων, ἔδοτον, ἔδομεν* *ἔθην, ἔθετον, ἔθεμεν*, propterea penultimam dualis & pluralis numeri breuem ſeruant.

8 AORISTI Imperatiuorum in *θι*, & Aoriſti infinitiui modi in *ναι*, penultimam producunt: vt *κεῖθι, κεῖναι*. Hinc excipe *τίθναθι, δίδοθι, κέκλυθι, ὄρνυθι, οἶσθι*. Hinc etiam excipe Aoriſtos ſimiles *ἕθι, θέτι, δὸς*, quorum formatio oſtēdit penultimam breuem

eſſe. Guillonius autem putat exempla allata non ſpectare ad Aoriſtum ſecundum, ſed ad præſens: vt πῖθι formatur à πίε, & addito θι, oriatur πίεθι, & per craſim πῖθι. Idem de reliquis cenſet. Verum nec πίε nec πῖθι ſunt præſentis temporis, ſed Aoriſti temporis, in præſenti enim πίνε dicimus, non πίε.

9 QVODVIS participium fœmininum actiuum longam habet penultimam, *vt τύπτουσα, τετυφυῖα, τύψουσα, ſic τύψασα, κατακρύψασα, μνήσασα. Homer. Iliad. α.* 407.

Τῶν νῦν μιν μνήσασα παρέζεο καὶ λαβὲ γούνων.

His nunc illi in memoriam reuocatis aſſide & accipe genua.

Hom. Odyſſ. ο. 464.

Ἡ δ' αἶψα τρεῖ' ἄλεισα κατακρύψασ' ὑπὸ κόλπῳ.

Hæc autem ſtatim tria pocula abſcondita ſinu.

Ratio autem quare penultima ſit lōga, hæc eſt, quia hi Aoriſti oriuntur a maſculinis, qui obtinent longam vltimam: *vt τύψας, λύσας. Homer. Iliad. χ.*

Τύψας ἠὲ βαλὼν ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται.

Verberans. vel iaculatus ex membris animum eripuerit.

10 DIALECTO. ᾱ enim quod Dorienſes omnes ſolent vſurpare pro η, longum eſt, *vt φάμα* pro φήμη. cuius rei exempla apud Theocritum creberrima ſunt.

11 OMNE ι quod ab Atticis additur demōſtrandi gratia, longum cenſetur: *vt νυνὶ, τουτὶ, ἐκεινοσί.*

De communibus ſyllabis.

CAPVT III.

Omnis ſyllaba communis cognoſcitur.

1 LIQVESCENTIA, quæ cum alioqui non ſit valde poſitioni diſſimilis, ab ea tamen in quibuſdam differt. Primum quidem, quod poſitionem efficiũt omnes literæ duplices, & omnes conſonantes geminatæ, at liqueſcentia non fit, niſi cum aliqua ex nouem mutis ϖ, κ, τ, ϐ, γ, δ, φ, χ, ϑ, præcedit aliquã ex liquidis λ, μ, ν, ρ. Deinde, poſitione, ſyllaba ſolũ producitur, at liqueſcentia ad arbitrium Poëtæ, vel corripitur, vel producitur, cum alioqui natura ſua eſſet breuis, nam ſyllaba quæ natura ſua longa eſt, non corripitur. Tertiò, cum poſitio tribus modis fieri ſoleat, vt ſuperius dictum eſt, liqueſcentia duobus tantum modis fit: nam ſecundum poſitionis genus, liqueſcentiæ conuenire non poteſt, ſcilicet cum vna dictio exit in conſonantẽ, & ſequẽs, incipit ab alia conſonante: cum enim apud Græcos nulla dictio litera muta poſſit terminari, & liqueſcentia fiat, cum muta præcedat liquidam, neceſſe eſt in hoc genere, liqueſcentiam à poſitione diſcrepare. Reliqua ſunt igitur duo genera liqueſcentiæ, ſi propriè ſumatur.

Vnum eſt, cum in eadem dictione muta pręcedit aliquam ex liquidis λ, μ, ν, ρ. Quę vt facilius intelligantur, exempla omnium liquidarum ante oculos conſtituemus, ac vt certo ordine procedamus, primum de liquida λ agamus. *Theocr. Eidyll. 27.*

Ινὼ δ' ἄυτ' ἔῤῥιξε σὺν ὠμοπλάτα μέγαν ὦμον.

Ino auulſit vnà cum ſcapula grandem humerum.

Idem

Idem in epigramm. hoc pentametro.

Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον.

Ficulneam inuenies recens ſculptam ſtatuam.

In quibus verſibus λ liquida, mutis π & γ poſtpoſita liqueſcit.

De μ exempla ſunt apud eundem Theocritum epigrammate in Tripodem Bacchi.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δ' ἐ πολλᾶς.

Nam ego talem habeo interitum: & pro magna.

& Eidyll. 27.

Λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα· καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς αὐτός.

Pedibus ventrem calcans: & Autones idem tenor erat.

& in epigrammatis.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ Δάφνι σῶμα κεκμακώς.

Dormis in ſolo folijs conſtrato ô Daphni corpore defeſſo.

Quibus verſibus liquida μ, poſtpoſita mutis τ, ϑ, κ, liqueſcit.

Quod Latini poëtæ in nominibus ijs, quæ à Græcis ſumpſerunt, imitantur. *Horat. ode 4. lib. 2. carm.*

Mouit Aiacem Telamone natum,
Forma captiua dominum Tecmeſſa.

De ν liquida. *Theognis in* γνώμαις, *verſu pentametro.*

Καὶ δάκνομαι ψυχὴν, καὶ δίχα θυμὸν ἔχω.

Et mordeor mentem, & dupliciter animum habeo.

Theocrit. Eidyll. α. 116.

Χαίρεθ'· ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ' ἀν' ὕλαν.

Valete. ego Daphnis bubulcus non amplius in ſyluis ero vobiſcum.

Idem in epigrammatis, hoc pentametro.

Πᾶνα τὸν αἰγιβόταν ὀρφανίσωμες ὕπνω.

Pana Caprarium priuauerimus ſomno.

Idem ibid. verſu item pentametro.

Μισθὸν ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχνην.

Mercedem (pollicitus.) Ille verò ad opus omnem artem contulit.

& in Epitaphio Euſthenis.

Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής.

Omnia quæ par eſt, habet mortuus Philoſophus.

Quibus verſibus ν liqueſcit poſt mutas κ, φ, π, χ, θ.

Sic Horat. od. 3. lib. 4. carm.

——— O mutis quoque piſcibus,

Donatura cycni: ſi lubeat, ſonum.

Silius lib. 8.

Ecce inter primos Therapnæo à ſanguine Clauſi.

Martial. lib. 7. epigramm.

Delectat Marium, ſi perniciosius Ichneumon.

Quibus verſibus litera n more Græco liqueſcit poſt c, ch, p. Quanquam non eſt ſilentio prætereundum id apud Latinos rarũ eſſe, idque in Græcis dictionibus dumtaxat. Nam verſus ille Ouidij 8. Metamorphoſ.

Debuit illius miſereri, & ignoſcere nobis.

quo quidam docent in verbo (ignoſcere) n liqueſcere, more Græco, perperam legitur; ſiquidem in correctis libris, coniunctio (&) expuncta eſt, hoc pacto.

Debuit illius miſereri, ignoſcere nobis.

De litera p. *Theocritus in ſimulachrum Veneris.*

Ἡ κύπρις, οὐ πάνδημος, ἱλάσκεο, τὴν θεὸν εἰπών.

Venus iſta, non eſt vulgaris, cole eam, deam vocans.

Idem in epigrammatis, verſu pentametro.

Καὶ τόδ᾽ ἀπ᾽ εὐώδους γλύψατ᾽ ἄγαλμα κέδρου.

Et iſtud ex odorata ſculpſit ſimulacrum cedro.

Et ibidem verſu pentametro.

Ὀστέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

Nec os quidem, nec cinis relictus ſit abeuntis.

In his verſibus liqueſcit ρ, poſt π, δ, φ.

Admonendũ te hîc duxi, lector candide, hanc primã regulæ partem, quæ eſt de liqueſcentia in eadem

dictione,locum non habere, cum muta & liquida ſunt in diremptione; id eſt cùm in vna,& eadem dictione,muta pertinet ad pręcedentem vocalem, liquida vero ad ſequētem; tunc enim vocalis,præcedens mutam & liquidam, pro longa tantum habetur:*vt* ἐκλέγω, ἐκλύω.*Hom.Odyſ.κ.*286.

Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι, ἠδὲ σαώσω.

Sed age certè te ex malis ſoluam,atque ſeruabo.

Quod etiam Latini diligenter obſeruant in ſimilibus verbis:vt obruo,negligo.*Horat.od.6.lib.3.*

Di multa neglecti,dederunt
Heſperiæ mala luctuoſę.

Vt vero intelligas, quo pacto muta & liquida, vel quæuis aliæ duæ conſonantes, ſint in diremptione, vel non ſint, lege commentarios Anteſignani in Clenardum,vbi de mutis & earum numero.

SECVNDVM Liqueſcentiæ genus fit, cum poſtrema ſyllaba alicuius dictionis,eſt vocalis natura correpta,&principium ſequentis dictionis, conſtituūt muta & liquida. Tunc enim Græci ad arbitriū,vel producunt,vel corripiunt illam ſyllabam. In hoc Heſiodi verſu 3.ἔργων producunt.

Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἀφατοί τε, φατοί τε.

Quomodo mortales homines ſunt pariter obſcuriq́ꝫ, clariq́ꝫ.

Corripiunt vero in hoc Cratini antiqui poëtæ verſu.

Ἀλλοξιογνώμοις ἐπιλησμοσιμνημονικοῖσι.

Diuerſas ſententias complectentibus,obliuioſis,memoria valentibus.

Latini poëtæ idē aliquando faciunt,producunt enim finalem vocalem dictionis,naturâ breuem,ſi dictio ſequens in capite,mutam & liquidā habeat. *Ouid.*

Officij cauſa pluribus eſſe dati.

Interdum verò,idque ſæpius,corripiunt.*Maro* 1. *Georgicon.*

Et medio toſtas æſtu terit area fruges.

Dixi ſuperius liqueſcentiam, ſi propriè accipiatur, fieri duobus modis, nam impropriæ liqueſcentię, multò plura ſunt genera, quæ deinceps ſubijciemus; ſi prius tamẽ monuerimus tirones, ne ſibi exiſtiment licêre in ſcribẽdis carminibus, quæcunq; magni illi poëtarũ herôes, pro ſua ſingulari autoritate, ſibi arrogârũt, in hiſce liqueſcẽtiæ generib.

PRIMVM igitur ſit genus impropriæ liqueſcentiæ, cum inuerſo ordine liquida mutam præcedit, vocalémque pręcedentem communem reddit, vt in hoc Solonis pentametro ν ante τ.

Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.

Atticus hic vir vnus ex fugientibus Salamina.

Sic apud Homerum *μ ante π, hoc verſu in hymno ad Cybelen: vt legit Muretus.*

Ἡ κροτάλων, τυμπάνων τ', ἰαχή, σύν τε τρόμος αὐλῶν

Crepitaculorum, tympanorumq; ſonitus, & clangor tibiarũ.

Quod cum vidiſſet Catullus ab Homero factum, ipſe in eodem vocabulo primam corripere non dubitauit, vt doctè notauit M. Antonius Muretus in carmen de Berecynthia & Atti. in quo legitur.

Niueis citata cœpit manibus leue tympanum.

SECVNDVM genus eſt, cum liquida alteri liquidæ poſtpoſita, liqueſcit, vt in illis verſibus Solonis, qui referuntur, à D. Clemente Alexand. li. 6. Stromat.

Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα, μεμνημένον ἀρ γάμου εἶναι.

Quintus maturum iam virum nuptias moliri ſuadet.

Quod Latini poëtæ etiam ſectati ſunt. *Propert. lib. 3.*

Te ſcelus accepto Thracis Polymneſtoris auro.

Ouid. lib. 13. Metamorph.

Vadit ad artificem dira Polymneſtora cædis.

In quibus verſibus nomen (Polymneſtor) ſecundam corripit, more Græco, quanquam fortaſſe Poly-

meſtor ſcribendum ſit, vt Græci Πολυμήστωρ.
Sic Catullus in Galliambo de Berecynthia, & Atti, primam ſyllabam corripuit in nomine (gymnaſijs) vt obſeruauit Muretus.

Abero foro, palæſtra, ſtadio, & gymnaſiis.

Sic Plantini editio: & eruditi quidam viri cenſent legendum apud Horat. ode prima.

——— Si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polymneïa.

Ita vt hoc nomẽ deducatur à πολὺ, & μνεῖα, vt ſit multæ memoriȩ (nam Iouis & Memoriæ filias eſſe Muſas teſtatur Heſiodus in Theogonia) & diſſoluta diphthongo πολυμνεῖα παντασυλλάβως, καὶ Ἰωνικῶς πολυμνήïα, vnde Polymneïa ſecunda ſyllaba breui Græcorum more.

Tertivm genus eſt cum aliæ quædam conſonantes, ſibi inuicem coniunctæ, vt κτ, πτ, naturam liquidarum induunt, & vocalem præcedentem; indifferentem faciunt, modò ea ſit naturâ ſuâ breuis.

Orpheus in Argonaut. 32.

Θρῆνος τ' αἰγυπτίων, καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.
Lamentationesq́; Ægyptiorum, & Oſiridis ſacra libamina.

& iterum 43.

Ἡ δ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα.
Atque quantum Ægyptiorũ ſacrum agmen amplificaui.

Heſiod. in clypeo Hercul.

Ἀλκμήνην θυγατήρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
Alcmene filia populorum ſeruatoris Electryonis.

Sic apud Comicos hæc duo nomina, voluptas, & venuſtas, vocales ante pt, & ſt, correptas habent, ex ẽplo Græcorum. Sic etiam Martial. lib. 5. in dictione (ſmaragdos) penultimam contraxit, hoc verſu.

Sardonychas, Smaragdos, adamantas, iaſpidas, vno
Portat in articulo.

QVARTVM genus eſt cum ſola liquida, vocalem præcedentem, naturâ breuem, indifferentem facit. Sic apud Nicandrum in Theriacis, nomen βάλσαμον, ſecundam ſyllabam producit, propter liquidam μ.

Σπέρματα, βάλσαμόν τε, καὶ ἐν κινάμοιο βάλοιςθα.
Semina, balſamumq́, vnà cum cinnamomi ſemine conijcias.

Sic apud Homerum Iliad. α. verſu 3. nomen (ἑλώρια) primam producit propter liquidam λ.

——— *Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.*
Ipſos autem laniamenta fecit canibus.

Et apud eundem, nomen μέλος ob eandem cauſam *Hymno in Mercurium verſu 499.*

——— *ἡ δ' ὑπὸ καλὸν*
Ἱμερόεν κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.
Hæc autem pulchrè
Amabiliterq́, ſonuit: Deus autem cantum cecinit.

Ad cuius imitationem Perſius in præfatione ſuarum Satyrarum, in eadem dictione (melos) primam produxit, ait enim.

Cantare credas Pegaſeium melos.

Qui verſus quoniam trimeter σκάζων eſt ſeu vt Victorinus vocat Choliambus in vltimo loco, ſpondeum ſibi vendicat, nec alium pedem admittit. Politian. miſcellan. cap. 44. ſcribit, nec apud Græcos, nec apud Latinos, primam ſyllabam, huius nominis (melos) produci. Certè quod attinet ad Græcos allucinatus eſt, quod verò pro (melos) reponit nectar, id nō ſolus ipſe facit; ſed quā illud quadret, vel vnus Marullus ſuo carmine oſtendit.

Sed neque diuinus malè μέλος ἄειςεν Homerus,
Nec niſi qui laudat, nectar, inepte canit.

Hinc fit,vt παρὰ & σὺν prępoſitiones,ſequenti vocali,aut diphthongo,producantur,beneficio liquidę *Hom.Iliad.λ.793.*

Παρειπὼν· ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.

Admonens:bona autem admonitio eſt amici.

& Aratus.

——— ——— ——— συνεχὲς αἰεί.

Continuum ſemper.

QVINTVM genus eſt,cum ſola liquida, diphthongum,vel vocalem naturâ longam , indifferentem facit.

Sic apud Apollonium lib.3.Argonaut.81. Diphthongus ει corripitur ante ρ,licet circumflectatur.

Ἠ' ἔπος ἠέ τι ἔργον, ὅκεν χεῖρες αἶγε κάμοιεν.

Vel verbum,vel opus,quod manus hæ operatæ ſint.

Sic apud Phocyl.in γνώμαις ου circunflexum ante ν corripitur,verſ.182

Μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον.

Neque amore mulierum totus diffluas perdito.

SEXTVM genus eſt cum litera σ vice liquidæ fungitur,tunc enim aliquando diphthongum,vel vocalem præcedentem naturâ longam corripit. Sic apud Apollon.in Argonaut.lib.3.118. in emendatioribus codicibus αι diphthongus correpta reperitur ante σ.

Λαΐνεος. χαλκείαις ἐπὶ γλυφίδεσσιν ἀρήρει.

Lapideus.in æreis ſculpturis cohærebat.

SEPTIMVM genus eſt,cum quædam monoſyllabę dictiones τὲ,κὲ,δὲ,γὲ,μὲν,γὰρ,τὶς, & ſimiles, vices liquidarum ſubeunt,&interdum ſeipſas producunt. *Heſiod.ἔργων 646.*

Δείξω δέ τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Oſtendam autem tibi menſuras reſonantis maris.

Eodem pacto apud Virgil. enclitica particula (que)

producitur. 3. Æneid. hoc verſu.

Liminaq́ꝫ, lauruſq́ꝫ Dei, totuſq́ꝫ moueri.

Quod poſt Seruium notauit vir eruditiſſimus, Adrianus Turneb. aduerſar. lib. 4. cap. 22. idque præſertim fieri ſequente liquida aliqua.

Interdum verò hę monoſyllabę particulæ, ſyllabas præcedentes, etiam diphthongos, communes reddunt. *Heſiod.* ἔργων. 645.

Βούληαι δὲ χρέα τε προφυγεῖν καὶ λιμὸν ἀτερπῆ.

Volueriſq́ꝫ debita effugere, & famem inamœnam.

Idem ἔργων. 634. *vt in antiquis codicibus legitur.*

Ἄσκρη, χεῖμα κακῇ, θέρει δ᾽ ἀργαλέῃ, οὐδέποτ᾽ ἐσθλῇ.

In Aſcra vico hyeme, malo, æſtate moleſto nunquam bono.

& in verſu 310. vt in antiquis item legitur codicibus.

——— Ζηλώσει κ᾽ ἀεργός.

Æmulabitur & iners.

Quibus in verſibus, vel nulla habetur ratio harũ particularum δὲ, καὶ, vt paulò poſt ſignificabitur, vel diphthongi αι & ει, ante δὲ, ει ante καὶ, corripiuntur.

Sic idem ἔργων 5. *particulam* μὲν *ante* γὰρ *corripuit.*

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει.

Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit

Interdum hæ particulæ, ſyllabas præcedentes naturâ breues, cõmunes reddunt. *Apollon. li. 4. Argon.* 278.

Τῶν δ᾽ ἀνδρῶν, οὓς ὅγε καθίσσατο, ναιέμεν αἶαν.

Virorum, quos ille conſtituit incolere terram.

Dionyſ. de ſitu orbis. 343.

Ὅν ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον, ἐκ δὲ Βορείης.

Quem Apenninum vocant, ex boreali verò.

Nec mirum, ſi eiuſmodi monoſyllabæ dictiones, abundent in carmine Heroïco, cum ſæpius apud Tragicos, & Comicos poetas, aliquę dictiones, quæ legitimum carminis numerum ex cedunt, deprehendantur, vt obſeruauit Muretus lib. 3. Var. lect.

lect.cap.3. eas autem dictiones ex ſententia Demetrij,in libro de interpretatione, hiſtrionibus acceptas refert,qui dum fabulas recitarent,vt magis popularis videretur oratio, aliquas voces proprio Marte addebant.

Et hæc quidem hactenus de liqueſcentia.Nemo verò miretur,me non eſſe complexum nonnullas alias liqueſcentiæ formas, quas in verſibus Latinis Venerabilis Beda obſeruauit; partim quia Græcã quantitatem perſequ*i*mur potiſſimum, partim etiam quia eas ex quibuſdam poëtis Eccleſiaſticis collegit: qui in vita & moribus religioſiores fuerunt,quam in carminibus ſcribendis.

2 VOCALIBVS ancipitibus α, ι, υ, quæ interdum apud Poëtas in vna, & eadem dictione communes deprehenduntur: *vt* Ἀπόλλων, φίλος, καλὸς, Ἄρης. *Theocrit.*

——Τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Non pulchra, aliquando pulchra uiſa ſunt.

Hom. Iliad. ε.

Ἆρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε.

Mars, Mars, homicida, ſanguinarie.

Sic in eodem verſu eandem ſyllabam corripere, & producere ſolebant Latini veteres, quanquam rarius. *Lucret.*

Craſſaq; pugnabant liquidis, & liquida craſſis.

Horat. ode 3. lib. 4.

Me fabuloſæ vulture in Apulo,
Altricis extra limen Apuliæ.

Dixi hanc licentiam apud Latinos raram eſſe:apud Græcos autem multò frequentiorem eſſe docent ſcripta Poëtarum.Hinc illi Martialis hendecaſyllabi lib.9.quibus de Latinorum in fingendis verſi-

bus religione conqueritur, cum tamen nihil Græcis negatum eſſe affirmet.

Dicunt Earinon tamen Poëtæ,
Sed Græci quibus eſt nihil negatum:
Et quos ἄρες ἄρες decet ſonare.
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui Muſas colimus ſeueriores.

Hoc idem exprimit elegantiſſimus Terentianus.

Nec mihi Græcorum ratio eſt attingere κοιναί,
Quarum rarus ineſt noſtris in verſibus vſus:
Nec tanta in pedibus venia conceditur vti.

3 CONCVRSV vocalium longarum, aut diphthongorum, ante alias vocales, vel diphthongos, vel in eadem dictione, vel in diuerſis. Etenim quotieſcũque η & ω naturâ ſua vocales longæ, vel diphthongi, aliam vocalem, aut diphthongum, præcedunt, vel in vno, & eodem vocabulo, vel in diuerſis, toties eâdem ſyllabam ad nutum, vel producunt, vel corripiunt. & quidem in diuerſis dictionibus frequentiſſimè. Mimnermus Poëta antiquiſſimus.

Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης.
At poſtquam terminus huius vitæ præterijt.

Idem.

Πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται. ἄλλοτε τ' οἶκος.
Multis enim malis animus afficitur, interdum vero res domeſtica.

Hom. Iliad. Ψ.

Ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται, ἡνίοχοί τε.
Conſcenderuntq; currus domini, aurigaq;.

In eadem dictione non ita frequenter corripiunt.

Apollon. lib. 4. 201.

Ἀσπίδας ἡμίσεας, δηίων θοὸν ἔχμα βολάων.
Clypeos dimidios hoſtilium telorum velox fulcimentum.

Tyrtæus in hoc pentametro.

Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεωργιούς

Grandæuis relictis ne fugiatis.

Theocrit. Eidyll. 3. verſ. 9.

——— Α᾽ πάγξασθαί με ποιησεῖς.

Facies vt me enecem.

Latini Poetę, eadem ratione, Gręcos ſecuti in eadē, & diuerſis dictionibus, ſuas diphthongos & vocales longas aliquando corripiunt. In diuerſis. *Virg.*

Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.

& alibi.

Victor apud rapidum Simoenta, ſub Ilio alto.

Idem in Bucolicis.

Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iola.

In eadem dictione: *Ouid. 12. Metamorph.*

Raptaturq́; comis per vim noua nupta prehenſis.

Virg. 7 Aeneid

Stipitibus duris agitur, ſudibus-ue præuſtis.

& ſic multis in locis.

Miror autem Henricum Stephanum tomo primo ſui Theſauri, D. Gregoriū, multis partibus doctiorem, & natione Græcum reprehendere, quod in enumeratione plagarum Ægypti, primam huius nominis (ἀὴρ) licentia, vt ipſe ait, non conceſſa, corripuerit, dum dixit:

Τὸ τρίτον αὖ σκνίπεσσιν ἀὴρ καὶ γαῖα καλύφθη.

Tertiò rurſus culicibus aër, & terra operta ſunt.

Sed verſus quos ſuperius attuli, oſtendunt Græcos ab huiuſmodi licentia non abhorrere.

Objectum fuit aliquando mihi hanc regulam non habere locum. cum vocalis, aut diphthongus circunflexa, aut contracta, præcedit aliam vocalem, aut diphthongum: Tunc enim illam nunquam poſſe corripi. Sed neque hac ratione regula noſtra infringitur, ac primum oſtendo diphthongos circūflexas corripi.

Dionyſ. de ſitu orbis.

Ἰσσῆ ἄχρις πόλιος, Κιλίκων χώραν παραμείβων.

Iſſum ad vſque vrbem, Cilicum regionem præteriens.

Hom. Iliad. ξ. 213.

Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου, ἐν ἀγκοίνῃσιν, ἰαύεις.

Iouis enim optimi, in vlnis cubas.

Apollon. lib. 2. Argonaut. 841.

Αὐτῷ ὁμοῦ βασιλῆϊ.———

Ipſi ſimul regi.

Eadem eſt ratio in dictionibus contractis : *vt* ὄφι *pro* ὄφιι, ἄυδα *pro* ἄυδαε. *Apollon. lib. 2. Argonaut.* 464.

Αὔδα ἐνὶ μέσσοισι τεὸν νόον.

Loquere in medio tuam ſententiam.

Quantò magis enim ſyllaba contracta, ſequente vocali, aut diphthongo, corripietur, cum Synecphoneſis, conſequente vocali, aut diphthongo, poſſit breuis eſſe. *Hom. Iliad.* α. 18.

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ· καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.

Aureo cum ſceptro, & obſecrabat omnes Achiuos.

Quo in verſu χρυσέῳ α, dactylum format. Hîc porrò animaduertendum eſt, ex ſuperioribus exemplis, Poëtas Græcos, nunquam in dimetiendis carminibus, elidere vocales, & diphthongos, ſe mutuò in carminis curſu ſequentes, etiam in diuerſis di-
7 ctionibus. quem etiam~~num~~ morem Latini Poëtæ æmulati ſunt. *Horat. od. vltima lib. 2. carm.*

Iam Dædaleo ocyor Icaro,
Viſam gementis littora Boſphori.

Et apud Virgilium 40. talia carmina numerauimus, quorum aliqua citabimus. *vt Eclog. 6.*

Clamaſſent, vt littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

& Eclog. 3.

Munera ſunt lauri, & ſuaue rubens hyacinthus.

& lib. 3. AEneid.

Nereïdum matri & Neptuno Ægæo.

& 10. *AEneidos.*

Externo commiſſa duci Æneïa puppis.

Cùm verò apud Græcos, alicuius vocalis, fit eliſio: illa omnino deletur, & dictio apoſtropho notatur, hoc modo, εἰ ποῦσ' ὀρέων. *Aratus in imaginibus cæleſtibus.* 127.

Ὡς εἰ ποῦσ' ὀρέων ἐπεμαίετο.———

Sic locuta montes inquirebat.

Interdum verò, ante conſonantes, poëtę vocales elidunt. *Heſiod.* ἔργων 87.

Δέξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν.

Vt non acciperet à Ioue Olympio, ſed remitteret.

Hom. Iliad. η. 190.

Τὸν μὲν πὰρ πόδα ἑὸν χαμάδις βάλε, φώνησέν τε.

Hanc quidem ad pedem ſuum humi iecit, dixitq́ue.

In quibus verſibus α in præpoſitione παρὰ eliditur ante conſonantem.

Latinos idem facere ſolitos eſſe, ante vocales, & cõſonantes, nemo ignorat: taléſque hos Virgilij verſus eſſe docet Marius. Victorinus. Ex primo libro Æneidos.

Hæc ſecum: men' incœpto deſiſtere victam?

& ex lib. 12.

Ten', inquit, miſerande puer, cum lęta veniret.

In quibus tamen locis, iam legitur méne, & téne, perperam, contra venerandam antiquitatem.

Perſius quoque Satyra 1. ante conſonantem, ten' pro téne dixit.

Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe.

Quod & alij Poetæ, præſertim antiqui factitarunt.

Eſt & aliud genus Apoſtrophi, non ſolum Poëtis Græcis, verum etiam antiquiſſimis Latinis Ennio, Lucillio, Liuio Andronico, Lucretio, & alijs vſita-

tum. Quod fit cum initium dictionis, eſt aliqua vocalis, & finis item dictionis præcedentis, eſt altera vocalis, vel in Latinis, litera m. *Theognis in γνώμαις*

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

In iuſtitia verò ſummatim omnis virtus eſt.

Sophocles. Electra.

Ἁ 'γὼ κατ' ἦμαρ, καὶ κατ' εὐφρόνην ἀεί.

Quas ego diebus ſingulis, & noctibus ſemper.

Inde ſunt illa quæ paſſim apud Græcos occurrunt: ὦ 'ναξ, ὦ 'νερ, ὦ 'νθρωπε. pro ὦ ἄναξ, ὦ ἄνερ, ὦ ἄνθρωπε. *Lucret lib. 1.*

Quæ quoniam per ſe nequeunt conſtare neceſſe 'ſt.

& eodem libro.

Nil igitur fieri de nilo poſſe fatendum 'ſt.

Terent. in Eunucho.

Sin autem falſum, aut vanũ, aut fictũ 'ſt, continuò palam 'ſt.

Hoc tempore huiuſmodi vocales, aut cõſonans m, in contextu depinguntur, & κατὰ συναλοιφὴν, καὶ ἔκθλιψιν, inter ſcandendum eliduntur.

Aliquando verò in fine verſus fit apoſtrophus, dum in principio verſus ſequentis, eſt aliqua vocalis: *vt Iliad. ξ. 265.*

Ἦ φῄς, ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρύοπα Ζῆν',
Ὡς Ἡρακλῆος περιχώσατο παιδὸς ἑοῖο;

An dicis, ita Troianis auxiliari latoculum Iouem,
Sicut propter Herculem filium ſuum iratus eſt?

In aliquibus tamen codicibus legitur

——————————εὐρύοπα Ζῆ-ν'
ὡς.

vt ν pertineat ad ſyllabam ὡς non ad Ζῆ, ita vt hoc vocabulum Ζῆνα diuidatur. *Hoc affectauit Horat. ode 2. lib. 3 carm.*

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Incontaminatis fulget honoribus.

Quo in loco nonnulli, quòd minimè Græcam licentiam animaduertant, reponunt, intaminatis. *Sic od.2 lib.1.*

Vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante, V-
xorius amnis.

Sic apud Dionyſium Halicarnaſſeum, libro de ſtructura orationis, in cantico Veneris, hæc Sapphûs carmina leguntur.

Ταὶ ἐμαὶ αὐδαὶ ἀΐοισ᾽ ἆς πολλάκ᾽
Ἔκλυες.
Si quando meam orationem audiueris, quam ſæpe
Audiuiſti.

Et apud Dionyſium Longinum, libro περὶ ὕψους, id eſt, de ſublimi genere dicendi, hęc eiuſdē Sapphûs carmina leguntur.

Ὀμμάτεσσιν δ᾽ οὐδὲν ὄρημμ᾽, βομβεῦ-
σιν δ᾽ ἀκοαί μου.

Quod Catullus ita vertit.

Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina, nocte.

Qua etiam ratione Horat. od. 16. lib. 2.

Grosphe non gemmis, neque purpura ve-
Nale nec auro

4 Licentia, quæ conſiſtit in vocabulis peregrinis, qualia ſunt Hebræa, Latina, Celtica, & ſimilia, non Græca, quorum quantitas ad nutum, & arbitrium anceps habetur. Tutius tamen erit in ſimilibus nominibus, regulas Latinorum ſequi, quàm interdum ineptè pronunciare. Sic apud Græcos nomina Iuliani, Claudiani, Luciani leguntur penultima correpta: *vt 4 lib. Florilegij.*

Εὗρεν Ἰουλιανὸς χερσὶν ἀδωροδόκοις.
Inuenit Iulianus manibus incorruptis.

& lib. 5.

Τȣ̃τον Ἰουλιανὸν τυρίης βλάστημα τιθήνης.

Hunc Iulianum germen Tyriæ nutricis.

& lib. 7.

Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.

Claudianum Roma, & reges poſuerunt.

Lucianus quoque hoc Epigrammate, in ſuos libros præfatus eſt.

Λȣκιανὸς τάδ' ἔγραψε παλαιά τε μωρά τε.

Lucianus hæc ſcripſit fatua & ſtulta.

Romani Poëtæ, ad hanc normam, nomina in anus ſolent interdum corripere, quod ne cui ἄπιστον videatur, ſubijciam verba viri doctiſſimi M. Antonij Mureti. Is enim explicans illud epigramma Catulli (Firmano ſaltu non falsò) ita loquitur. Pro Firmano in nõnullis legitur, Formiano, vtrum verius ſit, haud facile dixerim, quin enim Formianus quoque penultima breui dici queat, dubitari non oportet.

5 NECESSITATE, quæ oritur ex concurſu, vel plurium ſyllabarum longarum, vel plurium breuium: cum enim tres vel quatuor ſyllabę breues in medio vocabulo occurrunt, licet primam naturâ ſua breuem, producere: *vt* Πριαμίδης. *Homer. Iliad. n.*

Πριαμίδης μὲν ἔπειτα μέσον σάκος οὔτασε δουρί.

Priamides quidem poſtea læſit medium ſcutum, haſta.

In illo verſu Πριαμίδης primam habet longam, ex concurſu trium breuium, cum enim patronymicũ ſit, & à nomine Πρίαμος deſcendat, æqualem cum ſuo primitiuo, id eſt, breuem primam ſyllabam deberet habere. *Hom. Iliad. n.*

Δαρδανίδης Πρίαμος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος.

Dardanides Priamus Deo conſiliarius ſimilis.

Eodem pacto Latini cum in nomine Priamus, primam

mam corripiât, tamen in Patronymico Priamides Græco more primam producunt. *Virg.2.AEneid.*

Forſitan,& Priami fuerint quæ fata requiras.

Horat.

Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem.

Eodem pacto cum in nomine, Italia, prima naturâ ſua corripiatur, Poëtæ nihilominus metri cauſa, eã producunt. *Virg.1.AEneid.*

Italiam fato profugus.

Sic breuis inter duas longas poſita producitur, metri cauſa. *Heſiod.* ἔργων. 317.

Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίη, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ,

Pudor quidem ad paupertatem, audacia verò ad diuitias.

Quo in verſu in vocabulo ἀνολβίη penultima producitur, quanquam natura ſua breuis ſit, eò quòd poſita ſit inter duas longas. *Empedocles apud Laert.*

Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσί τε θαλείοις.

Formoſis vinctus vittis, roſeiſq́; corollis.

In quo verſu, vocabuli (ταινίαις) penultima longa eſt ob eandem rationem.

Interdum tertia ſyllaba producitur cum aliæ ſubſequuntur breues, vt συβόσια, aut media ſyllaba inter breues poſita extenditur, vt πόλιες. Multæ tamen aliæ apud poëtas reperiuntur, neceſſitate quadam inductæ licentiæ, quibus vel productæ corripiuntur, vel correptæ extenduntur. *vt Iliad.* η. 252.

Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος.

Clypeum quidem lucidum penetrauit fortis haſta.

& Callimachus hymno in Apollinem. 53.

Ὄϊες οὐδ' ἄχυθοι. ———

Oues neque ſteriles.

Sed ne in ſimilibus licentijs examinandis, te carminum varietas decipiat, tenendæ ſunt carminum Heroïcorum affectiones, quæ vitia à nonnullis vo

cantur: honeſtiùs autem ab Euſtathio τὰ πάθη μέ-ζων appellantur. Homerus enim, vt meminit Athenæus lib. 14. & Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 14. & Euſtathius in Iliad. & Victorinus lib. 2. de ratione carminum, & Scalig. l. 2. poëtices, cap. 31. in tanta carminum multitudine qua vniuerſa Ilias, & Odyſſea conſtat, non rarò miſcuit verſus ἀκεφάλυς, λαγάρυς, μειούρυς.

Α'κέφαλοι dicuntur, qui caput detruncatum & diminutum ſortiuntur: id eſt, qui legitimo pede non fruuntur, vel vt inquit Athenæus, ἀκέφαλοι δέ εἰσιν, οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὴν χωλότητα ἔχοντες: id eſt, ἀκέφαλοι illi ſunt, qui initio verſus claudicant, vt cum initio verſus collocatur tribrachus, aut iambus, loco legitimorum pedum ſpondei, vel dactyli. Hos verò duos verſus ἀκεφάλους profert Athenæus, quorum prior eſt ex Homero initio Iliad. ψ.

Ε'πειδὴ νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἵκοντο,
Ε'πίτονος τετάνυστο βοὸς ἶφι κταμένοιο.
Poſtquam ad naues & Helleſpontum venerunt,
Lorum impoſitum erat, bouis fortiter occiſi.

In altero horum verſuum, eſt iambus breuior ſpondeo; in altero vero tribrachus, breuior dactylo. Ideò Euſtathius verſus ἀκεφάλυς appellat βραχυκεφάλυς, quòd caput breue ſortiantur, cum a breui ſyllaba initium ducant, quod repugnat legibus heroïci carminis.

Sic apud Latinos illi ἀκέφαλοι dicuntur, qui initio verſus mutili, & capite minuti apparent, cum verſus vel ab Anapæſto initium ſumunt.

Virg. lib. 1. Georg.

Fluuiorum rex Eridanus.

Vel a Proceleuſmatico. *Virg. lib. 11.*

Arietat in portas, & duros obice poſtes.

Μακρoκέφαλοι, his verſibus opponuntur: dicuntur autem ij verſus μακροκέφαλοι, in quorũ capite altera ſyllaba redundat. Fortaſſe huc pertinent illi Iambici trimetri apud Euripidem in Hecuba.

φεῦ. ὦ μῆτερ ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων.

Heu! ô mater orta regijs è ſtemmatis.

& in eadem actu 5.

Ἔα. Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ' ἀπώλεσεν.

Hem Polymeſtor infelix, quis te perdidit.

& in Medea. act. 2.

Εἶεν· καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;

Eſto. perierint quod recipiet me oppidum?

In quibus verſibus ſyllabæ φεῦ, ἔα, εἶεν, abundant in capite verſuum, vt rectè ante me annotauit Antonius Muretus qui & ſimilem verſum ex Terentio profert.

Λαγαροὶ ex ſententia Athenæi, illi putãtur, qui in medio carmine poſiti, tanquam ſi eſſent læſi claudicãt vel, vt ſubtilius ex quodã Epigrammate Græco Suidas interpretatur, qui ſunt ὑπόκενοι, id eſt, qui non eodem, & pleno ore incedunt, vel vt clarius declarat Euſtathius, qui quandam κοιλότητα, hoc eſt, cauitatem, vel vacuitatem habent, vt ſi Iambus, Choreus, aut Tribrachus, ponantur in medio carmine, loco ſpondæi, aut dactyli: *vt Homer. Iliad. ε. 344.*

Ἡ δὲ μέγ' ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν.

Hęc autem valde clamans ab ſe deiecit filium.

vbi in quarto loco eſt Tribrachus. *Sic Virg. lib. 2. Æneid.*

Noſtrorum obruimur, oriturq́; miſerrima cædes.

Περιττοὶ λίθοι his verſibus repugnant, qui ideò ita à Græcis nominantur; quòd in medio ſyllabam redundantem habeant, quale eſt illud primum carmen

Iliad.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Iram cane Dea Pelidæ Achillis.

Μείουροι denique reperiuntur, ſic dicti παρὰ τὸ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν, quòd quaſi cauda ſit illis decurtata, cum iambus, qui breuior eſt ſpondæo, vltimum locum ſibi vendicat. Hinc Ariſtoteles in li.3.Rhet. periodos eas quæ breuiori curſu terminantur μειούρους appellat. Athenæus, Terentianus Maurus, Marius Victorinus afferunt hoc exemplũ ex Homer. Iliad.μ.208.

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Quod Latinè vertentes alterum carmen item miurum ſic conficiunt.

Attoniti Troës viſo ſerpente pauitant.

Quidam verò in ea opinione fuerunt, Homerum artis poëticæ patrem geminata litera ὄφφιν ſcripſiſſe, ſicut & ὅσσι, ὄμμιν, ὅττι, vt cum Latini producendę ſyllabæ gratia dicunt, quattuor, rettulit. Verum vetus Homeri Scholiaſtes, aliter ſentiendum eſſe monet: πέπονθε, ait, ὅτι τέλους ὁ στίχος, ἔχων τὸν ἐκ δύο βραχειῶν πυῤῥίχιον, καὶ καλεῖται μείουρος. id eſt, Afficitur hic verſus circa finem, quoniam habet Pyrrhichiũ, ex duabus ſyllabis breuibus, & vocatur miurus. Deinde frequentes ſunt eiuſmodi verſus apud Homerum, ſine geminatione conſonantis non in Iliade & Odyſſ. tantum, ſed & in Margite, teſte Victorino. Denique non ſolus Homerus, ſed cum imitati etiã Latini antiqui poëtæ huiuſmodi miuros, ſeu teliambos frequenter vſurparunt, vt Liuius Andronicus in hymno Dianæ, cuius verſus recitant Terentianus, & Victorinus.

Sed iam purpureo ſuras include cothurno.
Baltheus,& reuocet volucres in pectore ſinus.
Preſſaq́; iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
Dirige odoriſequos,ad certa cubilia canes.

Sic Virg.2.AEneid.

Quanquam animus meminiſſe horret,luctuq́; refugit.

Quò in loco non eſt aſſentiendum Seruio,qui putat verbum refugit eſſe temporis præteriti.Multos alios miuros ex Lucretio & alijs annotauit Obertus Gifanius Buranus.

Μακρόσκελής dicitur,quòd in eo vltima ſyllaba abundet, quaſi altero crure ſit longior. Tales videntur eſſe Dactylici verſus, qui apud Homerum,Heſiodum,& alios poëtas Græcos ſunt frequentes: Virgilio autem,& Latinis Poëtis nequaquam ſunt inuſitati,cum ſcilicet in ſexto pede dactylus collocatur.*Homer.Odyſſ.ι 212.*

Τῷ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἤια
Κωρύκῳ.

Huius ferebam impletum vtrem magnum,viatica autem
In pera.

Virg.3.Georg.

Et ſpumas miſcent argenti,viuaq́; ſulphura.

Ennius.

At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida.

Sed hæc ſatis.Familiaris enim lectio poetarum tibi reliqua ſubminiſtrabit.

DE QVANTITATE SYLLABARVM GRÆCARVM.

SECVNDA PARS

DE REGVLIS GENERALIBVS NATVRÆ.

HACTENVS quanta potuimus diligentia, huius artis latebras rimati, præceptiones, & regulas, certè niſi nos fallit noſtrum iudicium, claras & apertas protulimus: ſupereſt vt pari diligentiæ ſtudio in reliquam partem incumbamus, quam initio monuimus totam eſſe poſitam in naturali ſyllabarum quantitate inquirenda. Ne verò quis meritò conqueri poſſit, iſtos naturæ fontes à nobis non ſatis aperiri, multaque videri, quæ in hac parte iure deſiderentur, nonnulla hîc ſubijciemus capita, de quibus ſtudioſus lector nobis admonendus eſt, antequam ad rem ipſam accedamus.

1 Ac primum quidem illud eſt, nobis certè, in hac parte minus laborandum eſſe, quàm Latinis ϛιχολόγοις apud quos quinque vocales a, e, i, o, u, δίχρονοι ſunt, vt ait Marius Victorinus, id eſt, ancipites, ſeu nunc longæ, nunc breues: apud Græcos vero η & ω perpetuo ſunt longæ natura ſua: ε & ο perpetuò breues, vt in ſuperiore parte indicauimus. Itaque de ijs nulla ſunt nobis hîc tradenda præcepta. Reli-

quę tres vocales α,ι,υ,totum nobis faceſſunt negotium:ſunt enim iſtæ ancipites,non quòd tamen ad nutum & arbitriũ,vel corripi,vel produci poſſint, ſed quia in quibuſdam dictionibus breues,in quibuſdam longæ,in quibuſdam indifferentis quantitatis ſint,vt ex tabulis ſubiectis perſpicuum fit.

2 NISI accuratè ſuperioris partis regulæ, præſertim quæ traduntur capite 3. de communibus ſyllabis, memorię mandentur,multa in hac parte videbuntur deſiderari,exempli cauſa,multa vocabula,alteram ex ancipitibus, productam habent beneficio liquidarum λ,μ,ν,ρ,σ,qua licentia tirones deluſi naturæ tribuendum eſſe cenſebũt, quod ab arte,imò verò à licentia profectum eſt,mirabunturque, huiuſmodi vocabulorum nullam in hiſce tabulis habitam fuiſſe rationem. Idem cenſendum eſt de multis alijs vocibus,quæ propter concurſum multarum breuium, aliquam ſyllabam obtinent productam:vt ἀθάνατος. Idem iudicium eſto de illis vocibus, quarum quantitas in verſibus λαγαροῖς,ἀκεφάλοις,& μειούροις,tirones fallit,& ad nouas exceptiones formandas,incautè allicit. Idem pręterea dicendum de deriuatis,& compoſitis, quas ſuperfluum fuiſſet in hiſce tabulis longo ordine retexere. Quis enim,exempli gratia,non videat μέμυκα producere penultimam, licet hoc verbum non ponatur in exceptione illius regulæ, quæ agit de υ in penultimis ante κ.eò enim non pertinet, ſed quia deriuatur à μυκάω, quod primam ſortitur longam. Quis etiam è veſtigio non iudicet ἄτιτος inhonoratus,producere penultimam, quamuis non comprehendatur in ea regula, quę oſtendit quanta ſit ι ante τ in penultimis, ad eam enim regulam non pertinet

tinet,ſed ideò producit penultimam, quia deriuatur à verbo ἀτίω,vel τιμὴ in quibus penultima longa eſt,& ſic de alijs innumeris. Nec conſentaneum fuit nomina quædam propria minus vſitata,exceptionibus inſerere,cum Poëtę illis ad commodiorē carminis ſtructuram ſępius abutantur,vt dum corripiunt α in nomine Λυκιανὸς, & in alijs multis ſimilibus,a germana quantitate diſcedentes.

Addidi multas voces,quę tametſi productam ſortiantur aliquam ſyllabam,quia accentu circūflexo notentur, ſintque ideo referendæ ad præcedentem partem, quia tamen accentum recti non retinent in obliquis,remanente eadem quantitate, vt δῖος, δίυ, δίῳ, de ijſq; meritò dubitare poſſent tirones; ideo viſum eſt hîc earum habendam eſſe aliquam rationem.

CAPVT I.

De A in primis & antepenultimis ante omnes vocales & diphthongos.

A in primis & antepenultim. corripitur ante oēs vocales & diphthongos	A	*excipe & produc*	Αάατος, ἀκεράαντος.
	E		Αἔναος, ἀέελιος, Λαέρτης.
	I		Αΐδιος, ἀϊθαλὴς, ἄϊκες, ἀϊκὴ, ἀΐσσω, ἀχαϊκὸς, βουγάϊος, ἐλάϊνος, καταΐσδην, λάϊνος.
	O		Ἄονες, βιάομαι, ἰάομαι, λαοδάμεια. *cum compoſitis à* λαὸς; πτερόεις.
	Y		Ταΰγετον.
	ει		*Anceps eſt* ἀείδω.

De A in primis & antepenultimis ante omnes conſonantes.

A in primis & ante penultimis corripitur ante — *Excipe & produc*

Β

Γ Ἰθαγενής, ναυαγέω, ναυάγιον, σφραγίζω πραγήτης: *hæc enim mutant α in η Ionicè, ut* ἰθηγενής, *&c.*

Δ Ἀδηκῶς, ῥᾴδιος, *quaſi à* ῥαΐδιος.

Θ Γαθηλλὶς. ῥᾴθυμος, *quaſi a* ῥαΐθυμος.

Κ ἀκούσιος, διάκονος, ζάκανθος, *apud Theocr.* Εἰδυλ. δ. 32. *licet ſæpius corripiatur.* λακέω, μακεδανὸς, σακίτης, *pro* σηκίτης *apud Theoc.* τριακόσιος, *& numeralia in* όσιος, *ut* διακόσιος.

Λ Ἀλεωσύνη, φαλαίνη. ἄλοφος *apud Hom. Iliad.* χ. *producitur.*

§ *Anceps eſt* μαλακός.

Μ Ἄμητος *æſtas,* ἀμητὸς *meſſis,* ἀπαμαία, δαμοίτας, εὐδάμιππος.

§ *Anceps eſt* ἀμάω.

Ν Ἀνεῖν, ἀνέψιος, δάνυβις, κράνιον, κρανώνιος, μανικὸς, νεανίας, παιανιεύς.

Π Ἀπεννῖνος, ἄπειρος, *pro* ἤπειρος, ἀπιδανὸς, δραπέτης, δραπετίδης, νάπεια.

§ *Anceps eſt* ἀπόλλων, *&* ἀπάλαμνον, *ex ſententia Guillonij qui deluſus eſt 20. verſu lagaro Heſiod.* ἔργ. *ubi ponitur anapæſtus pro dactylo.*

Ρ Ἀράομαι, ἀρήτη, ἄρητος, ἀρητὴρ, ἀρήτειρα, ὀρήνη, ἀμαρακὶς, καρίων, κάραβος, λάρεισα, μαρύομαι, φλυαρῶ. *Adde* ἄριστον *prandium.*

Σ Ἄσις, ἀσιάδης, ἀσωπὸς, ἐπαράσημος, εὐκρασία, ζάσιος, κοράσιον, πασιφάη, πασιφαής.

Τ	Ἄπειρος pro ὁ & ἤπειρος, βαλήρειον, διδυματόκος, θάπειρον pro τὸ ἤπειρον, & compoſita à λαῦ, vt λατύπος.
Φ	Ἐπάφιος.
Χ	Τράχειρος.

De A in mediis & penultimis ante omnes vocales ac diphthongos.

A in medijs & penultimis corripitur ante omnes vocales & diphthongos.	Α		Κεράας, λάας.
	Η		Παμφαής, πραής. *Communia ſunt* ἀήρ, *&* δαήρ.
	Ι		Ἄϊς *diſſolutum apud Hom. & Heſiod. ſæpius producitur.* ἀπειραΐς, ἀχειραΐς, θαΐς, λαΐς, λάϊγξ, ναΐς, πτολεμαΐς.
	Ο		Ἀμφιάραος, πρᾶος, χαὸν *Cõmune eſt* ἄορ.
	Ω	*Excipe & produc*	Αἰνάω, ἄων, ἀμυθάων, ἀλκμάων, ἀζάων διδυμάων, ἰάων, ἰληκάων, ἱκετάων, λυκάων, μαχάων, ὀπάων, χάων; *& omnia nomina in* αων, *quæ in obliquis per* ο *inflectũtur. Imò &* ποσειδάων, *licet* ω *retineat,* α *producit ſæpiſſime apud Hom. Hinc etiam excipe nomina ſubſtãtiua diſſyllaba in* αος *terminata, & accentu acuto in vltima notata, vt* ναὸς, παὸς: *adiectiua vero in* αος *penultimam corripiunt, vt* κεραὸς. *Neutra vero diſſyllaba etiã ſi præcedat cõſonans, penultimã quoq; corripiũt, vt* φάος. *Excipe* φᾶρος. *Porro* α *producũt quæcunque ab* ἄω, *i. ſpiro, componuntur: vt* ζάης, ἀλιαής: *& ab* ἀΐσσω: *vt* πολυάϊξ.

Eadem ratione producũtur verbæ quæ deſinunt in αω, ſi vocalis aliqua, aut ρ præcedat: Excipe ἐψιάω, ἀμφιάω. Si vero non præponatur vocalis, aut ρ, corripitur penultima. Excipe *inde* πεινάω, κλάω, κάω, *quæ penultimam producunt.*

De A in penultimis & mediis ante omnes conſonantes.

A in medijs & penultimis corripitur ante { B, Γ, Δ, Θ, K, Λ } *Excipe & produc* {

Γ — Ἀαγὴς, ἄγις, δαγὺς, δύσπραγος, ξέναγὸς, πρᾶγος, σφραγὶς, ταγὸς.

Δ — Ἆδος, λάδας, λάδων, ὀϊλάδης (*quanquam patronimica in* άδης, *&* ίδης *terminata vt plurimum correptã habeant penultimam: vt* Μενοιτιάδης, Νεστορίδης: *quod ſi fuerit in talibus nominibus* η *in antepenultima, interponitur* ι *breue poſt illud* η, *vt dicitur in noſtris dialectis*) ὀπαδὸς, σπάλιξ.

plerumque

Θ — Ἆθλον *contractum ex* ἄεθλον, κρᾶθος

K — Ἆκις, ἄκων, δᾶκος, θράκη, κνάκων *apud Theocrit. Eidyl.* γ. *ſic apud eũdem* λάκων: *interdum* κακὸς *deprahenditur longum lib.* I. *Antholog. Epigrammate* 23. εἰς ἀνδρείας *hoc carmine pentametro.*

Φρὺξ ἐπέων κακῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης.

niſi verſus ſit lagarus.

Λ — Ἀμαλη ἄλεις *contractum ex* ἀολέεις,

δαλὸς, μᾶλα, ὀμφάλη, σαρδανάπαλος, σύμφαλος, & τεικέφαλος licentia poetica. ~~anceps~~ eſt καλὸς. Communis

M A'μὸς, δᾶμις, δάμων, φεασίδαμος; & nomina neutra in μα purum, quæ à verbis deſcendunt, vt θυμίαμα, ijs tamen exceptis, quæ à verbis in μι fiunt, vt δόμα. fort. δόαμα

N A'γαθάνωρ, ἀγάναξ, ἀγάνωρ, Βιάνωρ, ἱερανὸς, ἰανος, ἱκάνω, κιχάνω, νεᾶνις, νικάνωρ, φθάνω. Et nomina in ανὸς, quæ duas obtinent tantum ſyllabas & accentu notantur in vltima, vt δανὸς. Atque Gentilia eodem modo terminata, vt καρμανὸς: & finita in ανὶς, vt καρμανὶς. & in ανὸς deſinentia, quæ tres ſyllabas excedunt vt ἡεροδανὸς. Ab hac tamen regula excluditur ὠκεανὸς, & ἐριδανὸς, quia non ſunt nomina Gentilia. Notandum vero ea verba, quæ in ανω terminata polyſyllaba ſunt, habere α correptum.

A in medijs & penultimis corripitur ante — Excipe & produc

§ Anceps eſt ἱανὸς, & ἄνω pro ἀνύω.

Π A'πις, ἄνα πος, ἴαπυξ, νᾶπυ, πρίαπος, σάραπις. ἅπας vero & ἅπαν cum compoſitis, Atticè producuntur.

P A'ισαρος, ἄρα, βᾶρις, ἐυμάρας, θυμαρὴς, κάρις, κατάρα, νάρον, πάραρος, πάρα, φαρὶς. Et nomina diſſyllaba maſculina deſinentia in αρὸς, accentu acuto in vltima, vt λαρὸς, ταρὸς. Et polyſyllaba oxytona in αρος

A in medijs & vltimis corripitur ante

quæ penultimam producunt, vt μυσαρὸς: quæ regula in alijs ancipitibus locum habet, quoties enim in vltima ρος acuitur, toties penultima in qua eſt ι, vel υ producitur: vt ἰσχυρὸς, υ producto.

Communia ſunt { ἄρις. ἀρὴ. φάρος, pro veſte.

Σ — Ἄσις, ἴασος, ἰάσων, κρᾶσις, μάσης, πρᾶσις, φᾶσις.

T — *Excipe & produc* — Nomina lapidum, & Gentilia in άτης, vt νιφάτης, σπαρτιάτης. & Gentilia in ατις fœminina, vt σπαρτιᾶτις. Adde hac nomina ἄτος, ἄτη, ex ἄατος ἀάτη, ἀθέατος, ἄκρατος, ἄρατος, ἀνίατος, ἀδέρατος, ἀπροσόρατος, δυσπέρατος, ἐπάρατος, εὐφράτης, θεατός, θεατὸν, ἰατὸς, καίρατος, ὁρατὸς, κρατὴρ, φράτηρ, φράτωρ: quod tamen reperitur prima breui in Epigrammatis Græcis.

X — Πᾶχυς, & τραχὺς, cum compoſitis, & καταχὺς.

Anceps eſt ἰαχή.

De A in vltimis ſyllabis.

A — Omnia quæ notantur accentu acuto in vltima, aut accentu circunflexo vt μικρά, ναυσικᾶ. Sic nomina in ια vt φιλία, præter μία, & ἴα, quæ corripiuntur. Eodem modo producuntur illa quæ monophthongum,

In vltimis corripitur { A } *Excipe & produc* }

idem ſimplicem vocalem habẽt ante α, vt θεα. Et nomina in εια deducta à verbis in ευω, vt à δουλεύω, δουλεία. Et fœminina quæ manãt ab adiectiuis, quorũ vltima genitiui eſt longa, vt ὁ δίκαιος, τοῦ δικαίου: ἡ δικαία (excipe δῖα) & nomina quæ notãtur accentu circunflexo in penult. vnà cũ πέπειρος, πεπείρου, πέπειρα: σεβάσμιος, σεβασμίου, σεβάσμια: πότνιος, ποτνίου, πότνια & per Syncopen πότνα.) Extẽduntur quoque ſubſtantiua fœminina in δα, θα, imo & in ρα, præcedente ρ, ſimplici vocali, nõ diphthõgo, vt πήρα. Hæc tamen producunt α, licet diphthongum ante ſortiantur, λαύρα, σαύρα, ἄυρα, vna cũ φαίδρα, & κάρα, tam fœmin. quàm neutrũ. Producuntur etiam quæ alteram habent conſonantem cum ρ, vt μικρὰ, πέτρα, præter τάναγρα, σκολόπενδρα, quibus accedũt γέφυρα, ἄγκυρα, κόρκυρα. Producũtur ſimiliter nomina polyſyllaba, quæ habent diphthõgũ αι ante α, vt σελήναια. Idem dicendũ eſt de ambob. articulis fœmininis dualis numeri, τὰ & ᾶ, & de vocatiuis in α terminatis, deſcendẽtib. à nominib. prima declinat.

idest

vt ὦ αἰτεία. Et dualibus primæ & ſecundæ declinationis, vt τὼ αἰτεία τὰ τιμά. quibus adiunguntur ſimiles vocatiui poetici ὦ λαοδάμα: πολυδάμα, vnà cum genitiuis Doricis nominum primæ declinationis, vt χρύσα pro χρύσου, cum accuſatiuis Atticis, à nominibus in εὺς, qui licet Communiter & Ionicè corripiantur, Atticè tamen producũtur. Sic Euripides πηλέα produxit. Deinde ἆ aduerbium increpantis, vt monſtrat accentus, producitur.

in vltimis corripitur	αν — Excipe & produc	*Accuſatiuos eorum nominum, quæ habent in nominatiuo α longum, vt φιλία, φιλίαν: Tanta eſt enim in ſimilibus vltima accuſatiui, quanta eſt vltima nominatiui. Producuntur etiam nominatiui & vocatiui maſculini & fœminini à nominibus in αν: vt ὁ τιτὰν, ὁ παιὰν, ὦ τιτὰν, ὦ παιὰν, vnà cum accuſatiuis primæ declinationis ſimplicium, vt τὸν αἰνείαν. Quibus adiunges πᾶν, cum ſuis compoſitis, licet Homerus corripiat πάμπαν. Denique λίαν producitur. omnia enim fere aduerbia in αν vltimam producunt: excipe ὅταν & ἄγαν, vt ſentit Euſtathius.*
	αρ	*Monoſyllaba omnia, quæ producũtur, vt ψὰρ, κὰρ. (anceps tamen eſt γὰρ) vt notauimus ſuperius.*
	ας	*Rectos nominum maſculinorum, quæ accentu*

ſupra

αϛ — in vltimis corripitur — Excipe & produc

accentu acuto notantur in penultima, & barytona dicuntur, & quæ notantur accentu circunflexo in vltima, vt Αἰνείας, Θωμᾶς, Αἴας, *quibus adiunges* κραῖ, μελικραῖ, *à* κεραννύω *deriuata, &* ὁ ἱμαῖ, αἰδριαῖ, *quæ notantur acuto in vltima. Corripiuntur tamen* μέγας, *&* λᾶας. λάας *tamen cum vrbem ſignificat, vtramque longam habet. Producuntur quoque nominatiui maſculini participiorũ in* ας, *vt* τύψας, ἱστάς. *Heſiod. tamen, ſed raro, illos corripit. Sic extenduntur genitiui ſingulares in* ας *1ᵃ. & accuſatiui plurales primæ & ſecũdæ declinat. ſimplicium. Veruntamen poetæ ſæpiſſime tales accuſatiuos Doricè corripiunt (vt monuimus in Dialectis) poſſumus etiam dicere hoc fieri, quia non raro* σ *liqueſcit. Denique producũtur* ἡμαῖ, σφαῖ, *&* ἱμαῖ, *& ſimilia circunflexa.*

CAPVT II.

De I in primis & antepenultimis ante omnes vocales & diphthongos.

A — Διάβολος *licenter*, ἰαμβυδὸς, ἰάομαι, ἰαπετὸς, ἰάσιμος, ἰάσιος, Ἴασος, κιάπω. *Anceps* αἰνιάζω, ἀνιάω, ἀνιαρὸς, ἰατρὸς.

E — Πιέριος, πίειρος. *Anceps eſt* ἱερὸς, Ἵεμαι

I in primis & antepenultimis corripitur ante omnes vocales & diphthongos — *Excipe & produc*:

- **H** — *co*, ἵεμαι, *cupio*. Ἰ'ητὴρ. *Anceps eſt* ἵεμαι *co*, ἵημι, *mitto*.
- **O** — Ἰ'ονὴ, *& compoſita ab* ἰὸς, *id eſt virus, vt* ἰοβόλος, ἰοχέαιρα, οἴομαι, ὀφιονίδης, παρδιονίδης, χιονόεις. *Anceps eſt* Διογένης.
- **Υ** — Ἰ'ύγὴ, ἰύζω, ἰυγμὸς.
- **Ω** — Ἰ'ωχμὸς, μυιώδης, παλίωξις, περίωξις, φθιώτης.
- **αι** — Πιαίνω. *Commune eſt* ἰαίνω.

De I in primis & antepenultimis ante omnes conſonantes.

I in primis & antepenultimis corripitur ante — *Excipe & produc*:

- **B** — Ἀ'λίβαντον, τίβυρις, *alias* τίβυρ, τιβέριος.
- **Γ** — *I ante* γ *producitur, vt* ῥίγιον.
- **Δ** — Ἀ'χιλάδιος, ἰδαῖος, ἰδάλιον, ἰδομενεὺς, πιδύτης, πιδύω, συδόνιος, χελιδόνιον.
- **Θ** — Βιθυνία, ἐριθακὶς, *nomen propriũ apud Theocr.* ἰθύνω, ἰθύντωρ, σιθωνία, πιθωνὸς.
- **K** — Ἀ'ειχίνη, ἰκεσίη, ἰκέσιος, ἴκαρος, ἰκάριος, κίκαμα, νικάω, νικίας, νίκανδρος, σικανίη, σικελίη, φοινίκεος, φρικάλεος, φρικώδης. *Anceps eſt* ἴκελος.
- **Λ** — Ἰ'λαδὸν, ἰλασμὸς, ἰλεὸς, ἴλιος, ἰλισὸς, ἰλεύεις, χιλεύω, χίλια, χιλιὰς, χίλιοι, μίλητος, μελίλωτον, ὁμιλαδὸν, ὁμιλέω, πιλέω, σιλωὸς, φιλητεύω, φίλομαι, χιλωθεὶν. *Anceps eſt* ἴλαμαι, ἵλαος.
- **M**

I in primis & antepenultimis corripitur ante

M Βριμάω, βριμηδὸν, δριμύλος, ἱμέρα, ἵμερος, ἱμερόεις, ἱμείρω, μιμημαι μίμημα, μιμηλὸς, σιμαίθα, τιμὴ, *cum ſuis compoſitis, ac deriuatis, ut* τίμιος, φιμώδης.

N Ἀχερθίνια, γίνομαι, γινώσκω δελφίνιος, δίνησις, δινήεις, ἐρινεὸς, ἰναχὸς ἰνίον, ἰνωπὸς, κινέω, κίνυμι, κινύφιος, λακίνιος, λακινίαι, μινώιος, πινύσκω, σίνομαι, τρινακρία.
Communia ſunt ἀγινέω, δινεύω, δινέω.

Π Διϊπετὴς, εὐριπίδης, ἠνίπαπε, λιπαρὸς, πυριπόλος, ῥιπίζω. ῥιπαῖον.

Ρ I *ante* ρ *producitur, ut* σεμίραμις.

Σ *Excipe & produc* Βισάλτης, βισάλτια, βρισηΐς, ἶσαν, ἰσοφαρίζω, ἰσαῖος, ἰσάζω, κονίσαλος, μισαρὸς, μισέω, νισουρὸς, πισίδης, πισίδικος, σισυμβρα. σίσυφος, (*Theognis tamen in* σίσυφος *primã corripit*) σισυφίδης, τισιφόνη, φθισήνωρ. χαρίσιος.

Τ Ἰτέα, ἰτιμονεύς, πίτυρος, τριτογενὴς, τριτογένεια, τριτωνίς.

Φ Διφάω, διφήτωρ, ἴφιτος, ἴφιος, ἰφιγένεια, ἰφίνοος, *& alia quæ ab* ἶφι *formantur,* τριφυλλίς.
Anceps eſt πιφαύσκω.

Χ Ἰχανῶ, κίχορα.

De I in mediis & penultimis ante omnes vocales ac diphthongos.

I in medijs & penultimis corripitur ante omnes vocales & diphthongos. — *Excipe & produc*

A — Ἀνία, *penultima tamen ſæpius corripitur apud Theog. in ſententijs*, αἰκία, κονία, καλιά, ὀρμιά, *quæ communi quidem lingua in* α *exeunt, Ionicè autem in* η, *vt* ἀνίη, αἰκίη, κονίη, καλιή, ὁρμιή: πιαρ, Φλίας. *Anceps eſt* λίαν *aduerbium.*

H — Πίηρ, *vel* πίειρ.

O — Θεῖον, μνῖον, *& nomina diſſyllaba, quæ in vltima accentu acuto notantur, producuntur, vt* κειός, ἰός, *venenũ. Excipe* ἰὸς *æqualis.* H*æc quoque Gentilia penultimã producunt* φθῖος, φθίη, χῖος *: & hæc propria* κῖος, κεῖος, πῖος, θεῖος, τῖος, *ſic* δῖος, δῖα, εὔδιος, διογενής, *cum ſimilibus, ob ſequentes correptas. Communia ſunt* ἀσκλήπιος, εὔδιος, ἴοι, ἴομεν *cũ compoſitis*, ὑπεύδιος.

Υ — Ἴυγξ.

Ω — Κίων, πίων. πρίων, *diſſyllaba enim appellatiua in* ιων, *vt* πρίων, *& pleraque comparatiua in* ιων, *vt* βελτίων, *producuntur. Excipe comparatiua neutra in* ιον, *quæ corripiuntur. Non raro tamen talia comparatiua in* ιον *apud Theogni. producuntur. Sic nomina in* ιων, *quæ in obliquis* ω *vertunt in* ο, *ſæpius producuntur: compoſita tamen*

quædam ι corripiunt, vt πειϰτίων. Producuntur etiam hæc verba μα-θίω, πρίω (πρίω tamen interdum corripitur apud Nicandrum) φθίω χρίω.

Communia ſunt { *ἵῖα, ἵει, ἰὰς, ἴε, & ſimilia, cum compoſitis. ὀΐω, πίω, τίω, ὠρείων, & alia quædam nomina ſimplicia in ιων.*

De I in mediis & penultimis ante omnes conſonantes.

I in medÿs & penultimis corripitur ante { Β, Γ, Δ, Θ, Κ, Λ — *Excipe & produc* }

Β — Ἀϰριβὴς, ἐρυσίβη, θλίβω, ἴβις, σίβη, τίβυρ. *apud Heſiod.* τρίβω *interdum producitur.*

Γ — Μιγω, πνῖγος, ῥῖγος, σιγή.
§ *Anceps eſt* πνίγω.

Δ — Διδῶ, εἴλιδον, ἴδη, ϰλίδη, ϰνίδη, πίδαξ πολυΐδος, σίδη, χελιδών.
§ *Anceps eſt apud Nicandrum* σίδη.

Θ — Βρῖθος, βρίθω, βριθὺς, ἔριθος, ἐριθεὺς ἰθὺς: ϰριθὴ, λῖθος *proprium nomen:* σιθών.

Κ — Ἄϰιϰυς, γελωῖϰος, ϰίϰυς, ϰαῖϰος, νίϰη, φοινίϰη, φρίϰη.
§ *Anceps eſt* μυρίϰυ, ἵϰω, & ἵϰομαι.

Λ — Αἴγιλος, ἄργιλος, διϰάχιλοι, ἐννεάχιλοι, ἶλος, ἰλὺς, ϰονίλη, νεογιλὸς, ὅμιλος, ὀϊλεὺς, πέδιλον, πῖλος, σπῖλος, σιλών, σμίλαξ, σμίλη, σμῖλος, χι-

λὸς, χιλων, ψιλὸς.
{Anceps eſt φιλος.

M Βειμη, βριμώ, βριμῶν, δριμύς, ἰσθμη, κάμηρος, κλίμαξ, λιμὸς, μῖμος σιμος, πμὴ, φιμος, & nomina compoſita in ιμος vt ἴφθιμος, & verbalia in ιμα quæ manant ab ijs verbis, quorum penultima cenſetur longa: vt χεῖμα.
{Anceps eſt ἱμάς.

N Α'ισχίνης (corripitur tamẽ ſæpe à Theocrito) ἀπερινης, ἐείναι, θείναξ, θριδακῖνις, θάμνος, ἰνώ, κλίνη, μινως, ῥινὸς, φινεύς, χαλινὸς, cum nominibus barytonis in ινος, & ινον, vt δῖνος, σέλινον. Ab hac tamen regula excipienda ſunt καρκίνος, κόπινος, κόφινος, κείνον, λίνον, λίνος, ὑλνος, πινος. Atque etiam illa quæ materiam ſignificant, vt κέδρινος. Nomina vero in ινη, quæ tres excedunt ſyllabas producunt penultimam, vt ἀδραςινη (Excipe ειλαπινη, cum proprijs vrbium, & triſyllaba, quæ primam producunt, vt δωτινη, & diſſyllaba duo ῥίνη, δίνη) Producuntur etiam verba in ινω & ινομαι, vt κρίνω, σινομαι. Et nomina propria, locorum potiſſimum, & vrbium: vt αἴγινα.
{Anceps eſt σινος.

Π Γριπεύς, ἐνιπεύς, ἔυριπος, ἐνίπω, κνιπὸς, παρθενοπίπης, ῥιπὴ, ῥιπεύς, ῥίπη vrbis nomen, σπὺς, σκίπων.

[Margin: *A in medijs & vltimis corripitur ante* { Excipe & produc }]

I in medijs & penultimis corripitur ante

	Anceps eſt ἐρείπω, ἐνιπὴ. *in quibuſdam tamen lexicis ſcribitur per duplex* ππ.
Ρ	*I ante* ρ *producitur, vt* ἶρες.
Σ	Ἀγχίσης, ἀμφισβὸς, ἀμνισὸς, βρισεὺς, θεμιστὼ, Ἶσις, ἴσως *æquè*, μῖσος, πῖσα, πίσαι, *vnde* πισήεις, τελμισός. *Anceps eſt* ἴσος *cum compoſitis.*
Τ	Ἀκόνιτον, *apud Homer. interdum* βριτὴς, ἴτων, ἴφιτος, κλιτὺς, λῖτον, λιτὸς, σῖτος, τιτὰν, τρίτων, τίφυς, φίτυς, *& nomina in* ιτη, ιτης, ιτις, *vt* ἀφροδίτη, ὁπλίτης, ὀνίτις. *Excepta ſunt verbalia deducta à verbis penultimam præteriti corripientibus, vt* κριτὴς *à* κέκριται, *& quæ ab illis componuntur, vt* δικαιοκρίτης. *Veruntamẽ Simonides* θεόκριτος *producit dum inquit,* Γνῶθι θεόκριτον προσιδὼν. *&c.*
Φ	Τρίφος, ἶφι *cum compoſitis & deriuatis, vt* ἰφεὺς, *&* σέριφος, σῖφος, σίφων. *Anceps eſt* νίφω.
Χ	Τλίχων, ἰχὼρ.

Excipe & produc

De *I* in vltimis ſyllabis.

Ι	*Circunflexa in vltima, & ι additum ab Atticis demonſtrandi gratia, vt* τουτὶ, τωτὶ, *&* νυνί.
ΙΝ	*Nomina quæ duplicem terminationẽ patiuntur, vt* ῥῖν, *dicimus enim* ῥῖν, *&* ῥῖς, *ſic* λῖν, ἶν, δελφὶν, ἀκτῖν,

λ vero et ὕμιν

Corripitur in vltimis Iς Excipe & produc

producuntur, vnà cum pronominibus circunflexis ἡμῖν, ὑμῖν, & ἥμιν, ὕμιν, poeticè retracto accentu, & AEolicè ἄμμιν & ὔμμιν corripiuntur, Theocritus tamen producit νὶν, id eſt, ipſum, propter liquidam. Itaque melius eſt dicere eſſe ancipitē.

Nomina monoſyllaba, vt κὶς (corripe τὶς, τρὶς, & δὶς, Gaza tamen cenſet ζὶς produci) & quæ duas terminationes habent, vt ῥὶς, δελφὶς. Sic nomina compoſita, quæ deflectunt à genere ſimplicium, & notantur accentu acuto in penultima, vt ab ἡ ἀκτὶς fit ὁ χρυσάκτις. Et *nomina fœminina quæ accentu in vltima notantur, & ſunt diſſyllaba.* Et *primitiua declinata per δος, vt κρηπὶς. Aliqui tamen dicunt omnia nomina in ις, niſi ſint circunflexa, corripi, quibus non aſſentior, cum vſus ſit contrarius.*

CAPVT

CAPVT II.

De Y in primis & antepenultimis ante omnes vocales & diphthongos.

Yin primis & antepenultimis corripitur ante oẽs vocales & diphthongos.	Α	*Excipe & produc*	Ε'νυάλιος, κυανοχαίτης, κυάνεος, κυανὸς, *& ſimilia, quia quotieſcunque vocalis breuis ſequitur* αι, υ, *quod eſt ante* αι, *producitur:* πλατυάζω.
	Ε		Μυελὸς, πύελος, πυελίν, ὑετὸς.
	Η		Αἰσυήτης.
	Ο		Μυοδόκος.
	ȣ		Μύȣρος.

De Υ in primis & antepenultimis ante omnes conſonantes.

Υ in primis & antepenultimis corripitur ante	Β	*Excipe & produc*	
	Γ		Γυγαῖος, θυγάτηρ, μυγαλέη, πυγίζω.
	Δ		Κυδαίνω, *& apud* Homerum κυδάνω, κυδάλιμος, κύδιμος, κυδιόω, μυδαλέος, πυδάω.
	Θ		Ερυθιόω, Πυθαγόρας, πυθεδὼν, πύθιος, μυθȣμαι, *cum compoſitis.*
	Κ		Ερυκακέω, ἐρυκανέω, μυκάομαι, μυκηθμὸς, φυκιόεις, φυκίον.
	Λ		Θυλακὶς, θύλακος, θυλακόεις, κοσχύλιον, παμφυλία, σκύλομαι, συλάω συλεύω, σφονδύλειοι, ὑλαῖος, ὑλακόεις, ὑλακόμωρος, ὑλακίδης, φυλείδης, φύλοπις.
	Μ		Α'μυμώνη, ἐνθυμȣμαι, ἐνθύμημα, θυμȣμαι, θυμώδης, θυμῆρες, θυμαίνω, κυμαῖος, κυμαίνω, κρυμώδης, λυμαίνω, ὑμέες, *& alios ca-*

ſus plurales à σὺ, & poſſeſſiua ab eo deriuata, ὑμέες, ὑμέων, ὑμέας, ὑμέτερος.

N Βιθυνία, χρύνιος, & quædam compoſita à συν, vel ξυν, vt ξυνίημι, ratione liquidæ.

Π Λυπέομαι, τρυπάω, τρύπανον.

P Γυρόω, γυραῖος, κυρήνη, κύρειος, κυρῖνος, μυρία, μυρίος, μύραινα, πλημμυρέω, πλημμύρεια, πυρίτης, συρίσδω, apud Theocritum, σφύραινα, τυρόεις, φυράω.

Y in primis & ante penultimis corripitur ante

Excipe & produc:

& quædam à πῦρ: πύραμος. πυραμίς. πυραίχμης.

quædã vero à πῦρ corripe: πυρά. πυράκμων. πυράγρα.

à πῦρ communia ſunt: πυρήνη. πυραυγής.

Anceps eſt συρίζω.

Σ Υ ante σ producitur, vt χρύσεος. Corripe ἠφύσιος, θύσανος, ἰηλύσιος. τηύσιος, & compoſita à λύω, ſiue λύσις: præter λυσίζωνος, λυσιμελής, λυσιμέριμνος, λυσίπονος (corripe λυσιπήμων.)

T Ἀτρυτώνη, ἀϋτέω, φυτάλμιος, φυταλιά.

Φ Εἰλυφάζω, κωλύφιον, τύφομαι.

X Βρυχανάω.

De Υ in mediis & penultimis ante omnes vocales ac diphthongos.

Υ in mediis & penultimis corripitur ante omnes vocales & diphthongos — *Excipe & produc*:

- Α — Θυαὶ, κῦαξ, σῦαξ.
- Ο — Πῦος.
- Ω — Ἔϋω, μύω, μυὼν, μύωψ, ὕω (*licet ὑάδες, dictæ ἀπὸ τοῦ ὕειν, apud Heſiodũ antepenultimam correptã habeãt*) *Producuntur etiam omnia verba, quæ ante υ, vel duas conſonantes, vel aliquam ex duplicibus, habent, aut aliqua ratione præcedentem ſyllabam producunt, ut* ἱδρύω, πτύω.

Communia ſunt: Ἀνύω, ἀρύω, βρύω, δακρύω, δύω, ἐρύω, θύω, κωκύω, λύω, μηνύω, ῥύομαι, φύω

De Υ in mediis & penultimis ante omnes conſonantes.

Υ in medijs & penultimis corripitur ante — *Excipe & produc*:

- Β — Ὕβος.
- Γ — Ἀμαρυγὴ, βρυγδὸς *Apollon. lib. 3. Arg.* 471. γύγης, ἰϋγὴ, λαιστρύγων, ὀλολυγὴ, ὀλολυγὼν, πυγὴ, φρυγὼν.
- Δ — Ἄβυδος, βοτρυδὸν, ἐριχυδὴς, κῦδος, λυδὸς, τυδεὺς, Φερεκύδης. *Anceps eſt* ὕδωρ.
- Θ — Βυθὸς, ζῦθος, μῦθος, πύθω, *putrefacio verbum*, πύθομαι, *reſcio, audio, ſæpius primam corripit*, πυθὼ *nomen primam producit.*
- Κ — Βρυκὸς, βρύκω, συκῆ, σῦκον, φυκὶς, φῦκος. *& apud Heſiod.* ἐπιφύκω. *Anceps eſt* ἐρύκω.

Υ in medijs & penultimis corripitur ante

A | Ἄσυλον, ἱειφύλη, κένδυλα, μυλεὺς, σῦλος, πίλη, ὕλαξ ὕλη, φυλὴ, φύλας, φυλεὺς, φυλῶ, χυλὸς & nomina diſsyllaba ſubſtantiua in υλον, vt σκῦλον, φῦλον. Excipe ξύλον.

M | Ἀμύμων, θῦμα, θυμῶν, λῦμα, & λύμα, νύκη, ςρυμῶν: λύμη, κύμη, & diſſyllaba in υμος, & ab ipſis compoſita vt χυμὸς, θυμὸς, πρόθυμος: & caſus plurales pronominis ſecundæ perſonæ, cum poſſeſsiuis ab eo deriuatis ὑμεῖς, ὑμᾶς, ὑμῖν, ὑμᾶς, & ὑμὸς, & ὑμέτερος. & verborum in υμι themata, cum eorundem perſonis.

N Excipe & produc § Anceps eſt νώνυμος.

Ἀνευθυνος, βιθυνὸς, γρυνεὺς, γορτυνὶς, δύνω, θύνω: & verba polyſyllaba in υνω, vt μολύνω, δίκτυνα, κίνδυνος, λαγυνος, πάχυνος, ὀρκῦνος, μαρτυνδυνὸς. Τύνη pro σὺ Doricè, ὗνις, φορκυνὶς: & nomina in υνος diſſyllaba, vt φρῦνος, θῦνος. (Excipe πλυνὸς) & diſsyllaba in υνη, vt μύνη, (Excipe γύνη, & compoſita. vt ἀνδρόγυνος) & ξυνὸς, ἐλίξυνος: & reliqua à ξυν cōpoſita.

Π | Γρυπὸς, λύπη, τανύπους.

P | Ἄγκυρα, ἀλιμυρὴς, γέφυρα, γυρὴ, γυρὸς, κινύρη, κορκύρα, κῦρος, λάφυρα, μελιγυρὶς, ἴσουρος, ὄχυρα, πάπυρος, πίτυρα, πλημμυρὶς, πυρὸς, σκῦρος, σύριγξ, σφύρα, τυρὸς, τυρῶ. Et nomina oxytona in υρὸς, habentia antepenulti-

mam aut poſitione, aut natura longam, ut ὀϊζυρὸς, ἰσχυρὸς *(licet quædam breuia reperiantur, ut* ἁλμυρὸς) *& verba ſinita in* υρω, *vel* υρομαι, *ut* φύρω, σύρω, κύρομαι.

Σ

Υ *ante* σ *producitur, ut* χρυσὸς. *(excipe* λύσις, φύσις, χύσις, *& verbalia huiuſmodi ſinita in* υσις.

Τ

Ἀδάκρυτος, ἀλίτρυτος, ἀϋτὴ, βουλυτὸς, βηρυτὸς, γωρυτὸς, κωκυτὸς, ῥύτωρ, ῥυτὴ, ῥυτὸς, σκῦτος, λύτωρ, μηνύτωρ, & *ſimilia. Et nomina verbalia, deducta à verbis penultimam longã habentibus, deſinentia in* υτης, υτηρ, υτις, *ut* πρεσβύτης, μηνυτὴς, μηνυτὴρ, πρεσβῦτις.

Φ

Ἔισυφος, κέλυφος, κυφὸς, κύφων, στῦφος στύφω τύφω.

Χ

Βρυχὴ, ψυχὴ, ἐριβρύχης, παμψῦχος: & *nomina compoſita ab* ὀρύττω, *ut* τοιχωρῦχος, τυμβωρῦχος, *& verba in* ύχω *deſinentia, ut* ψύχω, τρύχω, βρύχω.

Υ in medijs & penultimis corripitur ante — *Excipe & produc*

De Υ in vltimis ſyllabis.

in vltimis corripitur

- Υ
  - *Omnia notata accentu circũflexo in vltima, & υ finale in obliquis huius nominis* φόρκυς, *& tertias perſonas ſingulares præſentis, præteriti imperfecti, & ſecundi Aoriſt. vocis actiuæ verborũ in* μι: *vt* ἔδυ, ἔφυ, δαίνυ.
  - *Cõmunia ſunt* — Ἀντιχρὺ, τὺ *ſiue* σύ: *Anceps enim apud Theoc. deprehẽditur, licet Vergara dicat eſſe longum.*
- υν — *Excipe & produc*
  - *Nomina quæ nacta ſunt duplicem terminationem, vt* φόρκυν, *dicimus enim &* φόρκυς: *&* νῦν *aduerbiũ (nam* νὺ *expletiua corripitur) Produc etiam accuſatiuos in* ν *eorum nominum, quæ in* υς *in recto terminata, vltimam producebant, vt* ἰλὺν. *Et primas perſonas verborum in* μι, *vt* ἔφυν.
- υς
  - *Monoſyllaba, & alia circunflexa, vt* μῦς, *& ſubſtantiua oxytona, quæ in genitiuo habent* ος *purum, vt* ὑλὺς. *His adiunge diminutiua, vt* καμῦς. *Et ea quæ ad duas terminationes referuntur, vt* φόρκυς. *Vnà cum participijs maſculinis verborum in* μι, *vt* ζευγνὺς. *Producuntur quoque hæc duo nomina* ἀχλὺς ἄρκυς.
  - *Communis eſt* ἰχθὺς *apud Oppianum.*
- υρ
  - Υρ *in fine producitur.*

FINIS.

Errata ſic corrigito.

Numerus prior paginam,ſecundus verſum paginæ indicat.

In 2.carmine ſecundi epigrammatis lege τριβεῖν. *pag.*13. *verſ.*19. *adde vt in illo verſu* κήρυκι ἠπυτίδῃ. 25.21.H. 30.20.ἐζεύγνυν.34.28.*odorata*.35.26.ἐπιπλήσμοσι.37. 25.*amplificaui*.56.1.διδυμοτόκος.63.7.δίκαιος ἢ δικαία

DE GRAECORVM DIALECTIS

LIBELLVS NVN-
quam antea excuſſus.

Bibliothecae Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

BVRDIGALÆ.

Ex officina SIMONIS MILLANGII
Typographi Regij.

M. D. LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

TYPOGRAPHVS LINGVÆ GRÆCÆ STVDIOSO.

Si te tot Graiæ terrent idiomata linguæ,
Hæcque, velut Tiphys naufraga ſaxa, fugis.
Aude animo, & fidens hunc delibato libellum:
Scilicet, & Pollux, & tibi Caſtor erit.

Quid ſit Dialectus.

DIALECTVS, ſi vim, & notationem verbi ſpectes, nihil eſt aliud quã διάλεξις, id eſt colloquiũ. Verùm cùm multas alias ſortitur ſignificationes, tùm eam, quæ ad hoc inſtitutum magis accedit, vt ſit ἰδίωμα γλώσσης, idioma ſeu forma, & character linguæ, & affectio quædam dicendi. Qua fermè in ſignificatione, Grammatici γλῶτται, ſeu γλῶσσαι vſurpârunt. Quia verò character dicendi, multiplex eſt, neceſſe eſt τῆς γλώττης ſignificationem, ambiguam eſſe, & variam: Quæ varietas, antequam de definitione ſtatuatur, excutienda videtur. Γλῶτται, ſeu loquendi characterem, primùm quidem in externis, & alterius gẽtis hominibus animaduertimus, ipſóſque attoniti loquentes ſuſpicimus, & admiramur; quibúſcum ſi amicitiam, & commercia ineamus, fit aliquando familiaritate longa, vt ipſorum voces, & mutuemur, & imitemur: noſtras verò viciſſim illi. Rectè igitur tum Ariſtoteles, tum alij γλῶτταν, ξενικὸν eſſe vocabulum dixerũt, id eſt peregrinum, & alterius populi, quod alij vſurpando ad ſe transferunt. quam rem exemplo illuſtrat. Syginon, inquit, apud Cyprios proprium eſt, nobis autem eſt γλῶττα. id eſt verbum, ex alia gente depromptum. Græci enim, per vniuerſas Aſiæ oras diſperſi,

non pauca Laconica, Argiua, Arcadicá, Bœotica, Cretẽſia, Salaminia, Ægyptiaca, Perſica, Lydia, Hebraïca, Scythica, Pamphyliaca, Theſſalica, Sicula, Tarentina, imò nonnulla Latina, & Celtica acceperunt vocabula, qualia nonnulla paſſim apud Heſychium leguntur. Eundem autem loquendi characterem, in noſtra gente, ac natione, niſi ſimus omnino ἄλογοι, perſpicimus, idque ferè duplici ratione. Primùm quidem, cùm præſtanti eruditione viros, à communi, & humili ratione loquendi, ad ſupremum quendam gradum, & eloquẽtiæ floribus refertum, attollere ſermonem videmus. Hic enim ille ſupremus dicendi character γλῶττα dicitur. Scribit ſiquidem Dionyſius in artibus, Thucydidẽ non pedeſtri illa, & proletaria oratione contexuiſſe hiſtoriam, ſed in delectu verborum, tropica & glottematica conquiſiuiſſe. Qui locus de peregrinis vocabulis, cum ab illis Thucydides abhorruerit, intelligi non poteſt; ſed de grauiori quodam Atticæ linguę ſtylo, quo vniuerſus narrationis curſus efflorefcit. Deinde, & in noſtra lingua deprehendimus ſtylum dicendi non modo grauiorem, & ornatiorem: ſed qui etiam aliquod admirabile arcanum, & ſecretum myſterium, tum in verborum figuris, tum in inſolita eorum iunctura & compoſitione complectatur, quod meditationem requirat non mediocrem, & interpretationem, ſeu, vt vulgò loquimur, gloſſam, haud vulgarẽ. Quem dicendi characterem, γλῶτταν etiam antiqui vocarũt, Poëtis & Vatibus maximè proprium. A quo dicendi genere longè Thucydidẽ abfuiſſe, teſtis eſt idem Dionyſius. Etenim Poëtis, non tam certa aliqua ratio dicendi, quam tropus multiplex, metrum, numeri ratio, forma ſermonis, conſtantiſſima rerum, & verborum varietas, & furor ipſe Poëticus, quo ſe incaleſcere ia-

ctant,ſcribendi leges imponunt.Huc ſpectauit Pollux cum poëtica vocabula γλώττας appellari cenſet, & Quinctilianus libro primo, cum poſſe à puero,interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant,dum aliud agitur,ediſci, tradit. Iam verò natiua Dialecti ſignificatio,quæ huic inſtituto propria ſit, inueſtiganda eſt.nondum enim illam attigimus. Nam prima,nimis generalis eſt illa quidem.Tertia minus latè patet, quæ poëtarum eſſe videatur, deinde quæ in ſtylo, & genere dicendi, ſicut & ſecunda, tota ferè ſit poſita. Quæ verò à nobis quæritur,in verbis ſimplicibus apparet clariùs,quàm in coniunctis. Eius autem in vniuerſum,ſic poteſt concipi definitio,vt ſit inſignis alicuius linguæ differentia, in verbis quibuſdam ſimplicibus potius,quàm in coniunctis collocata, qua tãquam certa nota,& teſſera,tum à lingua cõmuni, tum ab omnibus alijs eiuſdẽ linguæ dialectis diſtinguatur.

Dialecti Græcorum quot ſunt.

MAnifeſtum eſt eas demum in lingua Græca cenſeri dialectos,quæ vulgò numerantur, Ionicam, Atticam,Doricam,Æolicam: quibus adduntur, ſed minus propriè, communis & poëtica. Nam cõmunis ea eſt,quæ omnibus alijs ſubſternitur,& à qua reliquę ſunt detortæ. Poëtica paucorum eſt,& ea quidem ex aliarum coagmentatione compacta. Denique, quanuis ſint plures in Græcia nationes,inſulæ, vrbes,coloniæ,municipia,quæ ſui ſermonis diſtinctas proprietates habeant,minùs tamen inſignes illæ ſunt, quàm vt ſeparatæ Dialecti videri,aut vocari debeant.Megarẽſes ſiquidem in paucis admodùm vocibus, ab Atticis diſcrepant. Ab Ionibus in paucis Samij, Smyrnæi, Chij,Epheſij,Phocenſes. A Doribus in paucis Rho-

dij, Argiui, Lacedæmonij, Siculi, Cretenſes, & Syracuſani. Ab Æolibus in paucis Lesbij. Nec mirum videri debet, tot ciuitates à ſua primaria dialecto diſſenſiſſe, cum & inter ſe nonnunquam etiam, aut vocibus, aut pronunciandi ratione diſſentirent.

De cauſis dialectorum.

TRes omnino videntur eſſe cauſæ dialectorũ. Cœlum, Imperium, Aemulatio. Ac cœli quidem latens quædam, & occulta vis, ſic hominum corpora afficit, vt animorum etiã magna ſequatur mutatio. Plantæ loco, & regione motæ nouam quandam naturam induunt: nec dubium, quin & animalia, imò, & gentes populíque eandem experiantur viciſſitudinem. Clarũ eſt quod teſtatur Galenus, nullos vnquam è Scythia Philoſophos, prȩter vnum Anacharſin, innumerabiles autem è Græcia profluxiſſe. Nec ignoratur, quod Iulianus Imperaror obſeruauit, & teſtatus eſt Gallos ad eloquentiam, & Iuriſprudentiam eſſe natos. *Si verum* eſt quod ait Lucanus

——— *emollit gentes clementia cœli.*

Eiuſdem aſperitas, & aduerſa temperies aſperiores, & efferatiores reddit, non in moribus tantùm, & ritibus, ſed in ſermone etiam, & ſermonis pronunciandi ratione. Nam ea inſtrumenta, & organa, quibus pronunciatio formatur, pro varia aëris circumſcribentis natura, & vi, ſic variè effinguntur. Hinc fit, vt nõnullæ gentes graciliùs voces efferant, aliȩ grauiùs: aliæ primoribus labris, aliȩ imo ex gutture, quod λαρυγγίζειν vocat Demoſthenes pro Cteſiphonte: aliæ imo ex pectore, quȩ ſingultire potiùs videntur, quàm loqui; aliæ non niſi narium adminiculo: aliæ denique tardè, aliæ celeriter. vnde fit, vt magna inter pronunciandum apud varias

gentes literarum, ſyllabarum, & vocum, procreetur mutatio. De Imperio verò res eſt notior, quam vt vlla indigeat probatione. Qui enim imperant, non tam de finibus dilatandis, quàm de ſermone propagando videntur laborare. Qua in re tabulæ forēſes, ac publicæ, frequentes conciones, commercia, aulicus congreſſus, militares expeditiones, & crebrum, ac familiare, eorum, qui eidem imperio ſubſunt, colloquium, plurimum habent momenti, nimirum ad eaſdem leges, & conſuetudines conſeruandas in Imperio, & ad ſermonem excolendum, & propagandum. Id cernere licuit in Romano Imperio, quod quandiu efflореſcere, & augeri viſum eſt, tandiu Latinæ linguæ decus, & conſeruatum eſt, & auctum. At vbi cœpit concidere, & labi, collapſa ſtatim lingua eſt, & in varias dialectos diſſecta Gallicam, Italicam, & Hiſpanicam, incultiores tamen illas quidem, & inconditas, ſi cum antiquo Latini ſermonis ſplendore conferantur. Licèt enim, antè illa tēpora, fuerit diuiſa lingua Latina in Priſcam, Latinam, & Romanam, quod aliqui ex Varrone tradunt, adjungentes etiam Mixtam; non ideo tamen diſciſſam in dialectos, ſed in ſuas quaſdam veluti ætates cenſendum eſt. Quam ætatum viciſſitudinem locum etiam habuiſſe in lingua Græca, eiúſque varijs dialectis, non dubitandum eſt. Nam, vt de cœteris taceam, quis ambigat dialectum Atticam, lōgiùs abeſſe à Priſca, & obſoleta illa lingua Attica, omnium dialectorum matre, quàm robuſtum virum ab eneruato, & decrepito ſene? Imò, & ipſa noua Attica dialectus, ſuas ætates habuit; quod facilè quis agnoſcat ex ſtylo Demoſthenis, Platonis, Xenophontis, Ariſtophanis, Æſchyli, Euripidis & Sophoclis. Verùm in lingua Græca non ætates modò, ſed inſignes etiam Dialectos, tum Cœlum ipſum,

tum Imperiorum diuerſitas procreauit. Etenim cùm apud primos illos Græcos, vnus & idem floreret vſus, & character loquendi, ab Ione Xuthi filio, vel, vt Ioſephus ait, à Iano Iaphet filio, tredecim vrbes in quadã parte [redacted] Aſiæ conſtructæ ſunt, Clazomene, Lebedus, Phocæa, Priene, Miletus, Mycale, Erythra, Tius, Samus, Colophon, Epheſus, Chius, & Smyrna, quas ſingulis ciuibus, quos ſecum deducebat, habitandas aſſignauit; qui ſicut moribus & inſtitutis, ita quadam loquendi diſſimilitudine, ab alijs Græciæ partibus, voluerunt diſſidere, & antiquam illam Atticorum dictionem, iam conſeneſcentem, nouis dicendi formis adaugere. Ab Ione principe Iones vocati ſunt. Qui vt erãt quadam naturæ facilitate, & cœli amœnitate molles, & eneruati, vt prouerbium indicat γέλως Ἰωνικὸς, vocalium concurſum, & productiorem pronunciandi rationem affectârunt, vt τυπτέω pro τυπτῶ. Sonantiores etiam literas, in molliores, vt α in η cõmutârunt, eáque via, ſibi proprium dicẽdi characterem formârunt. Attici verò, non primi illi, quos Iones ſunt ſecuti, ſed poſteri, quorum aures delicatiores erant, & magis teretes, ſuauioris cuiuſdam ſoni cupidi, productiora, & immoderatius excurrentia verba, ad leniorem pronunciationem retulerunt, & quæ aſpera, ac vaſta videbantur, omninò repudiârunt. Neque enim aurium iucunditas, & delectatio patiebatur, vt apud eos τυπτέω, aut ſimilis oratio hiulca, ſed τυπτῶ, iucunda vocalium coagmẽtatione, locum haberet. Sed ne ſoli Iones, & Attici contenderent, in eandem palæſtram deſcendit Dorus Hellenis filius, qui cùm primùm, vt ſentit Herodotus libro primo, ea loca, quę ad Oſſam, & Olympum jacent, occupauit & incoluit, & inde in Dryopidem, poſtremò verò in Peloponeſſum commigrauit, non

tantum

nouo imperio, ſed & nouo loquendi characteri origi- *tantum* nem dedit. Nam qui eum ſequuti fuerant populi, vt erant naturâ rudes, & aſperi, quales qui montes incolunt, aſperam pronunciationem affectarunt, vt φάμαν non φήμην. Exarſit eadem contentio, cum Æolus, vt vult Philoponus, Hellenis & Pyrrhæ filius, vrbes decẽ condidit, & regionem in qua cum ſuis ciuibus habitauit, Æoliam vocauit. Æoles aſpirationes rejecerũt, ſedes tonorum paſſim immutârunt, alijſque loquendi characteribus nouam dialectum ſuis poſteris reliquerunt. Hæc tanta quatuor imperiorum apud Græcos dimicatio & controuerſia, facilè peperit æmulationem: quæ cum ab Heſiodo, tanquam honeſtorum ſtudiorum, procreatrix & nutrix ἔρις ἀγαθὴ appelletur, vt in ceteris artibus adaugendis plurimum poteſt, ſic & in Græcorum dialectis ſtatuendis tertiã cauſam ſuppeditauit. Æmulatio Græcorum, vt gens eſt laudis & gloriæ præter modum appetens, primum quidem ſe in exteras nationes exeruit, quibuſcum & de imperio & de linguæ ſplendore concertabant, eáſque per ſummam irriſionem dicebant βαρβαρίζειν, βατταρίζειν, ſeu βαττολογεῖν, quia ineptè loquẽdo, in eiuſmodi ſyllabas, ſępius incurrerẽt. Aliquando verò alienas, à ſua, nationes ἀγλώττους, id eſt, elingues, appellabant, vt videre eſt apud Sophoclem in Trachinijs. Verùm maior æmulatio, maiúſque odium inter ipſos excitatum eſt. Iones enim, qui primi auſi fuiſſent ex Attica lingua, ſibi dialectum propriam confingere, & qui opibus multum præſtarent, primas ſibi tribui volebant. Attici cõtrà, cum ius antiquitatis, tãquam propugnaculum opponerent, nouum præterea ornatum, & ſplendorem, linguæ ſuæ veteri addiderunt. Erant enim ipſi, μόνοι τῶν πάντων αὐτόχθονες, vt ait Demoſthenes, ſoli τεττιγοφό-

ροι,quibus nominibus plurimum gloriabantur. Ea autem animi propenſio,qua quis eorum partes tuebatur Atticiſmus dicebatur,vt ait Thucydides: quæ magnã inuidiæ flammam Pindaro conflauit,qui cum cecinißet. ὦ ταλαίπωροι καὶ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι,ô infelices,& magnifica vrbs Athenæ, à Thebanis ciuibus ſuis, magna pecunia mulctatus eſt,quam poſtea Athenienſes, vbi reſciuerunt,liberaliter reſtituerunt. Cum autem alio in loco dixiſſet,ἔρεισμα Ἀθᾶναι,id eſt,totius Græciæ adminiculum Athenas appellaſſet, cum mordaci σαρκασμῷ excepit Lacedęmonius quidã. Demittebat verò ſe hęc concertatio ad res vſque minimas,nempe literas & literarum pronunciationem. Iones non γάμμα ſed γέμμα, Dores non σῖγμα ſed σὰν: alij verò,vt Democritus,non μῦ ſed μῶ pronunciabant. Quidam denique non κάππα ſed κόππα dixerunt. Attici vſque adeò ſuaues & delicati erant in pronunciandi ratione, vt ne minimũ quidem iotaciſmum negligerẽt. Sciunt omnes quãtopere Demoſthenes deſudarit in lambdaciſmo eluendo. Alcibiades cum eo vitio laboraret,feſtiuè ab Ariſtophane, tanquam τραυλὸς hoc verſu irriſus eſt.

ὁλᾷς, θέωλον τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχειν.

Quo in loco,κόλακος pro κόρακος,vberioris riſus aucupandi gratia, collocauit. Quanquam Euripides velit huiuſmodi τραυλότητα, quandam in dicendo venuſtatem ei attuliſſe. Xenophon apis illa Attica, tanquam patrij ſermonis deſertor,grauiſſimè fuit notatus,quòd ὀδμὴ more Ionum,aut vt alij volunt,more Dorum,nõ ὀσμὴ more Attico pronunciaſſet. Dores ab omnibus alijs Græcis,ſcurriliter πλατύστομοι appellabantur, quia amplo & diducto ore ἄλφα proferrent, & pro ſuauioribus literis vſurparent. Lacedæmonij tanta grauitate

morum, tanta imperij aucupandi cupiditate efferebãtur, vt ad aliorum copioſas literas vnico monoſyllabo, Imperatorũ videlicet more, aliquando reſponderent. Sed hæc ſatis multa. Si velim enim omnia huius æmulationis Grȩcanicæ argumenta perſequi, nunquam dicendi finem faciam. ſupereſt poëtica dialectus, quæ alio ex principio orta eſſe videtur. Illud autem eſt duplex. Primùm enim, Poëtæ rerum nouarum cupidi, diuerſas Græciæ oras cum auidè perluſtrarent, & cum omnibus nationibus diu multúmque communicarẽt, varios loquẽdi modos imbibebant, iíſque ſua poëmata aſpergebant. Nam & hac ratione nonnullam gratiã apud multas nationes, ſuis carminibus conciliare ſe arbitrabantur. & vt magis placerent populo, quas feciſſent fabulas, non dubitabant illi aliquando mulierculas, & ruſticulos Bœoticè, aut Theſſalicè, & Aeolicè loquentes inducere, vnde nobis remanſerunt apud Ariſtophanem, & alios, huiuſmodi dialectorum nonnulla veſtigia. Hinc ortam illam inter Græcos de Homero, ſibi tanquam ciue vendicando contentionem crediderim. Qui cùm tam multas vrbes incoluiſſet, meritò poſteà, ex qua oriundus eſſet, dubitandum fuit. Alterum verò, ſiue vitium, ſiue virtus illud ſit, fuit quidlibet audendi facultas, vt ait ille. Poëtæ enim, vel quia arctis legibus carminis adſtricti erant, vel quia aliquid arcani, quod Oedipodem requireret, edere cupiebant, nouas quaſdam, & ſibi proprias voces, ex omnibus dialectis detorquebant, quæ vel admirabilius redderent carmen, & ei maieſtatem adderẽt, vel eius ſuauiorem curſum efficerent. Ita tamen ſapienter, tam diuerſas loquendi formas temperârunt, vt natiuus & patrius ſermo, tãquam princeps, ſuperiores partes obtineret. Heſiodus enim, Homerus, Anacreon, & Archilocus,

Ionicam dialectum vſurpârunt: Ariſtophanes,& reliqui, qui familiari ſtylo loquuntur,Comici,Atticam: Pindarus,Simonides,Theocritus, Bacchylides, Euripides,Sophocles,Æſchylus,& omnes ferè Tragœdiæ ſcriptores,qui ad grauitatem aucupandam, η in α vertunt,Doricam: Alcæus,& Sappho Æolicam.

De tribus primis omnium dialectorum fontibus.

NEmo verò exiſtimet,priores illos Græciæ proceres ac duces,in Imperijs ſtabiliendis, & proprijs dialectis confirmandis,ſic tumultuatos fuiſſe, vt nullã certam viam,ac rationem ſint ſecuti,ſed temerè & fortuitò,ac velut impellente tempeſtate aliqua, in huiuſmodi dialectorum ſcopulos impegerint: nam tametſi longè diuerſa,atque inter ſe pugnantia ſtatuerent,omnes in eo bellè conſenſerunt, quòd tribus tantùm ex fontibus,ſua idiomata deprompſerunt. Neque enim omnino plures excogitari potuiſſent.Aut enim addẽdo literam,vel ſyllabam dictioni, aut ab eadem, literã vel ſyllabam detrahendo,aut literam permutandò,vel eam de propria ſede deijciendo, & quidem vnuſquiſque ſuo more inſtitutóque auitam & patriam linguam commutarunt,& in varias dialectos ſecuerunt. Vt autem in ea diuerticula deflecterent, potuit videri quodammodo natura impuliſſe,quæ tria linguæ vitia, nec plura vel inuita admittit,vt docẽt Ariſtoteles & Quinctilianus. Quidam enim ſunt ψελλοὶ. eſt autem ψελλότης vitium pronunciationis, quo litera vel ſyllaba eliditur & omittitur. Alij ſunt ἰσχνόφωνοι, quibus inter loquendum vox ſupprimitur & ſiſtitur. Eſt enim ἰσχνοφωνία non exilitas vocis, vt quidam interpretantur, ſed

linguæ hæſitantia. Ait enim Ariſtoteles in Problematis, ἡ δὲ ἰσχνοφωνία ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ταχὺ συνάψαι τὴν ἑτέραν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἑτέραν. Cùm quis non poſſit citò, & expeditè, ſyllabam ſyllabæ conjungere. Quo vitio qui laborant, neceſſe eſt eos non tantùm hæſitare, ſed hærendo etiam lingua titubare, & βατταρίζειν ſeu βαττολογεῖν, id eſt, eandem dictionem vel ſyllabam, ſæpiùs repetere, vel, vt dicebat Alcidamas, ἀπορίας καὶ θορύβου πλήρη τὴν γνώμην ἔχειν. Accidit enim illis, idē quod equis durioris, & minus obſequentis naturæ, quos calcitroſos, & retrectantes Columella appellat, qui non tantùm reſiſtunt & hærent, ſed etiam calcaribus impulſi, curſum reuocant, & pedem referunt. ἰσχνόφωνοι igitur ſunt, qui inter pronunciandum vel eandem ſyllabam hæſitando repetunt, vel etiam aliam tumultuoſè adiungunt, in quo ſunt ψελλοῖς contrarij. Alij ſunt τραυλοί. quod nomen ab ipſo pronunciandi vitio deductum eſt. Eſt enim propriè τραυλίζειν, eas voces, quę per t & r literas efferuntur, diſtinctè non enunciare, ſed loco r ſubſtituere l: vt κόλακος pro κόρακος, τλόχος pro τρόχος. Sæpè tamen ita latè vſurpatur, vt ſit idem, quod literam quamlibet, loco alterius pronunciare, aut Syllabam inuertere. Ad eundem planè modum, licèt non temerè & corruptè, vt ij, qui linguæ vitio laborant, ſed venuſtè & concinnè, primi dialectorum auctores linguam permutarunt. Aut enim noua literarum vel ſyllabarum acceſſione, quaſdam voces auxerunt. quæ affectiō vocatur ab illis πλεονασμὸς. aut breuiorē ſermonē affectando ſyllabas aut literas conciderunt. & hæc figura vocatur ab illis ἔνδεια. Aut mutua quadā, nec ingrata viciſſitudine literas pro literis ſubſtituerunt per μεταλλαγὴν. Verùm ne quis exiſtimet, Græcos immoderata quadam libertate in abuſum prorumpere, dili-

gentiùs animaduertendum eſt, iſtas affectiones non vbique ad arbitrium cuiuſque locum habere, ſed in certis quibuſdam elementis, ſyllabis, verbis, caſibus, temporibus, & perſonis, nec ſimili apud omnes Græcos ratione, vt dictum eſt, ſed pro varijs maiorum inſtitutis, vt ex ſubiectis tabulis perſpici poteſt.

De Metallage.

Metallage primum locum occupet, cùm eius latiſſimè pateat vſus : ea autem fit in elementis & literis, vel cum vnum in aliud mutatur, & pro eo vſurpatur, dicitúrque μετάληψις, vel cum litera de ſede ſua in aliam dejicitur, & vocatur μετάθεσις. De Metalepſi primùm videtur vt dicamus.

DE METALEPSI IONICA.

Iones vtuntur	A		η	*vt μεμαχυῖα pro μεμηκυῖα, & illud α aliquando corripiunt vt in μεμαχυῖα clarum eſt, licet Anteſignanus hoc tribuat Aeolibus nō Ionibus.*
	A		ε	*vt μέγαθος pro μέγεθος.*
	E		α	*vt ὀρέω pro ὁράω.*
	ε		η	*vt νέες pro νῆες. quod etiam eſt Ionicum pro νᾶες.*
	H		α	*vt θύρην pro θύραι.*
	η		ε	*vt κληϊθέντες pro κλειθέντες: dum ſubſequitur ι poſt ε.*
	I	*pro*	ι & ε	*vt ἱρεὺς prima longa pro ἱερεύς.*
	K		π	*in interrogatiuis & relatiuis. vt κόσα pro πόσα: ὀκόσα pro ὁπόσα.*

Iones vtuntur	ξ	pro	σσ	duplici, vt δίξα pro δισσά.
	π		φ	ἀπικόμην pro ἀφικόμην.
	ω		α	ὤνθρωπος pro ὤνθρωπος, quo modo etiam dicere ſolent nonnunquam ὤριστος optimus, pro ἄριστος. ſic in multis alijs.
	ω		α, ο,	θὤπλα pro τὰ ὅπλα.
	ω		ευ	ἐκπλώσας pro ἐκπλεύσας.
	ω		ο, α,	βῶξ pro βόαξ.
	ει		ε	εἵως pro ἕως: & id ſæpius poeticè.
	ου		ο	οὖρος pro ὄρος.
	ωυ		αυ	θώϋμα pro θαῦμα.

DE METALEPSI
ATTICA.

Attici vtuntur	ε	pro	α	vt pro ναὸς νεὼς, λαὸς λεὼς.
	η		ε	vt ἠδυνάμην pro ἐδυνάμην.
	λ		ν	vt πλεύμων pro πνεύμων.
	ξ		σ	vt ξυμφορὰν pro συμφορὰν, & in reliquis à σὺν compoſitis.
	ρ		λ	vt κρίβανον pro κλίβανον.
	σ		ν	vt δελφὶς pro δελφίν.
			ρ	vt θάρσος pro θάῤῥος, licet Anteſignanus contrarium dicat.
	τ		σ	vt θάλατταν pro θάλασσαν.
	ου		ο,	vt τοὔνομα pro τὸ ὄνομα.
	ω		ο	vt λεὼς pro λαός.
	ου		ο & ε	vt τοὖπος pro τὸ ἔπος, τούμπαλιν pro τὸ ἔμπαλιν per contractionem.

DE METALEPSI
DORICA.

	A		η	*vt* ἄλιον *pro* ἥλιον.
	α		ω	*vt* μυσᾶν *pro* μυσῶν, πρᾶτος *pro* πρῶτος.
	α		ε	*vt* ἄτερος *pro* ἕτερος.
	ε		ει	*vt* λαβὲν *pro* λαβεῖν, ἐλθὲν *pro* ἐλθεῖν.
	η		ει	*vt* ἰδῆν *pro* ἰδεῖν, *quod & commune eſt AEolibus.*
	κ		χ	*vt* κύξαι *pro* χύξαι: *Siculi.*
	σ		θ	*vt* σεὸν *pro* θεὸν.
	σ		ν	*vt* τύπτομες *pro* τύπτομεν.
Dores vtuntur	τ	*pro*	σ	τὺ *pro* σὺ.
	τ		κ	τεῖνος *pro* κεῖνος, *vel* ἐκεῖνος.
	ω		ου	*vt* μῶσας *pro* μούσας.
	αι		ει	*vt* αἶκε *pro* εἶκε.
	ευ		ε & ο	*vt* πηλεῦς *pro* πηλέος.
	οι		ο	*per Epentheſin ι; quod & Ionum eſt, vt* χροιαὶ *pro* χροαὶ.
	οι		ου	τύπτοισα *pro* τύπτουσα, *in participijs.*
	ῳ		οι	*vt* πωμενικὸς *pro* ποιμενικὸς.
	σδ		ζ	*pro* φράζειν φράσδειν.

DE METALEPSI
ÆOLICA.

	A		αι	*ſequēte vocali* ἀλκάος *pro* ἀλκαῖος
Aeoles vtuntur	α	*pro*	η	*vt pro* πύλην πύλαν, ἀμέραν *pro* ἡμέραν, *quod commune eſt cum Doribus: ſed Aeolicè corripitur*

				Doricè producitur.
	α		ο	*ut* ἄσσα *pro* ὄσσα.
	δ		σ	*ut* ὀδμὴ *pro* ὀσμή: *licet alÿ hoc Ionibus, alÿ Doribus tribuant.*
	ε		α	*ut* κρέτος *pro* κράτος.
	ε		η	*ut* ἄρες *pro* ἄρης.
	ε		ο	*ut* πρές σε *pro* πρός.
	ζ		δ	*pro* διαβάλλειν ζιαβάλλειν.
	η		ει	*ut* κυθαίρηαν *pro* κυθαίρειαν.
	η		εα	*ut* κρῆς *pro* κρέας *in quibuſdã tantum.*
	ι		υ	*ut* ἰψηλὸν *pro* ὑψηλόν.
	μ		π	*pro* πατεῖς ματεῖς, πατοῦσα ματοῦσα.
Aeoles utuntur	ο	*pro*	α	*ut* θροσέως *pro* θρασέως, στρότος *pro* στρατός.
	ο		ω	*ut pro* ὥρα ὄρα.
	π		μ	*pro* μετ' ἐμοῦ πετ' ἐμοῦ.
	π		τ	*ut* σπολὴν *pro* στολήν.
	υ		ο	*ut* ὕμοιον *pro* ὅμοιον.
	φ		θ	*pro* θλᾶται φλᾶται.
	φ		χ	*ut* αὐφένα *pro* αὐχένα.
	ω		ου	*ut* λιπῶσαι *pro* λιποῦσαι.
	ω		ο	*ut* ὤμοιον *pro* ὅμοιον.
	οι		ει	*ut* ὄνοιρον *pro* ὄνειρον.
	δσ		ζ	*pro* Ζεύς Δσεύς.
	κσ		ξ	*ut* σκένος *pro* ξένος.
	ππ		μμ	ὄππατα *pro* ὄμματα.
	πσ		ψ	πέλοπς *pro* πέλοψ.
	σσ		πτ	*pro* ἐμπίπτειν ἐμπίσσειν.

DE METATHESI

Μετάθεσις eſt elementi à propria ſede in aliam mutatio, cuius duæ cenſentur ſpecies: Aut enim litera mutata remanet in eadem ſyllaba, vt τέτρατον pro τέταρτον: Aut migrat in aliam per Hyperthesin, vt δόρυος pro δουρὸς. Eſt propria Ionum.

DE PLEONASMO.

Πλεονασμὸς, eſt ſyllabarum vel literarum in dictionibus abundantia: vt κάλλος pro καλὸς. Eius autem formæ ſunt nouem.

1. Πρόσθεσις, eſt alicuius literæ, in principio vocabuli adiectio: vt pro ἕνεκα εἵνεκα, ἀσταφὶς pro σταφὶς. Eſt propria Atticorum & Ionum.
2. Ἀναδίπλωσις, eſt primæ, aut ſecundæ ſyllabæ, per eaſdem conſonantes & vocales, aut interdum diuerſas, vel in capite dictionis, vel in medio reduplicatio: vt κέκλυθι pro κλῦθι, ἐτήτυμον pro ἔτυμον. Ionum eſt.
3. Ἔκτασις, eſt breuium vocalium ε & ο, in proprias longas η, ω; aut vocalis ancipitis alioquin correptæ, in productam mutatio, vt τιθήμεναι pro τιθέμεναι. Hæc eſt propria Ionum & Atticorum.
4. Ἐπέκτασις, eſt alicuius ſyllabæ in medio dictionis adiectio, accentu in eadem ſede conſeruato: vt pro κενὸς κενεὸς. Eſt propria Ionum.
5. Διαίρεσις, eſt vnius diphthongi in duas vocales diuiſio: vt pro νῆες νηὺς. Eſt propria Ionum & Aeolum.
6. Παρένθεσις, eſt additio ſubiunctiuarum ι aut υ, non augentium numero ſyllabarum nomen, in media voce: vt πνοιὴ pro πνοὴ. Ionum eſt propria, & Dorum.
7. Διπλασιασμὸς, eſt vnius & eiuſdem conſonantis, quæ

ſyllabam aliam non efficit, in media dictione collocatio: vt μέσσον pro μέσον. Eſt propria Ionum, Dorũ & Aeolum.

8. Παρέμπτωσις, *eſt alterius conſonantis, quæ in vocabulo non erat, in media dictione interpoſitio, quæ tamen ſyllabam aliam non efficit: vt* πτόλις *pro* πόλις, λεγόμεσθα *pro* λεγόμεθα. *Eſt Ionum & Dorum.*

9. Προσχηματισμὸς, *ſeu* Παραγωγὴ, *eſt literæ, aut ſyllabæ in fine dictionis acceſsio, vt* ὀυρανίαφι *pro* ὀυρανία, σοφοῖσι *pro* σοφοῖς, ἐγὼν *pro* ἐγώ. *Eſt affectio propria Ionum, Dorum, Aeolum, & Atticorum.*

DE ENDIA.

Defectus, qui Ἔνδεια *appellatur, eſt literæ vel ſyllabæ in aliqua dictione præciſio, vt* μὲ *pro* ἐμέ. *Eius autem ſpecies ſunt nouem.*

1. Ἀφαίρεσις, *eſt elementi à capite ſyllabæ ablatio: vt* αἶα *pro* γαῖα, κεῖνος *pao* ἐκεῖνος. *Ionum eſt.*

2. Ἄρσις, *eſt ſyllabæ initio orationis repetitæ reiectio: vt* βλημένος *pro* βεβλημένος. *Eſt Ionum.* dictionis

3. Συστολὴ, *eſt ancipitis vocalis correptio, aut longarum,* η *&* ω, *in breues* ε *&* ο *mutatio: vt pro* νέας νῆας. *Eſt propria Ionum.* νῆας νέας

4. Συγκοπὴ, *eſt vnius ſyllabæ in medio dictionis defectio, vt pro* ὄιμημα ὄιμα. *Eſt affectio propria Dorum, Ionum, & Aeolum.*

5. Συναλοιφὴ, *eſt duarum vocalium diuerſarum in vnam ſyllabam coniunctio, cuius à Tryphone ſpecies ſeptẽ conſtituuntur ſub duplici genere.*

Simplice
1. Θλίψις, *vt* ἐπ' ἐμὲ *pro* ἐπὶ ἐμέ.
2. Κρᾶσις, τἀμά *pro* τὰ ἐμά.
3. Συναίρεσις, *vt* νηρῆδες *pro* νηρηΐδες.

Compoſito
4. Θλίψις *&* Κρᾶσις, *vt* κἀγὼ *pro* καὶ ἐγώ.
5. Θλίψις *&* Συναίρεσις, ἐμοὐποδύνει *pro* ἐμοὶ ὑποδύνει.
6. Κρᾶσις *&* Συναίρεσις, ὡπόλος *pro* ὁ αἰπόλος.
7. Θλίψις, *&* Κρᾶσις, *&* συναίρεσις, *vt* ἐν τἀθιοπίᾳ, *pro* ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ. *Hac affectio eſt Atticorum.*

6. Ἔλλειψις, *eſt vocalis ſubiunctiuæ, ſyllabam non facientis, de medio dictionis ablatio: vt pro* ἑταῖρος ἕταρος. *Eſt Atticorum, Dorum, & AEolum.*

7. Παρέλλειψις, *eſt alterius conſonantis, quæ geminatur, præteritio:* θᾶτον *pro* θᾶττον. *Eſt propria Dorum.*

8. Ἔκθλιψις, *eſt conſonãtis non facientis ſyllabam de medio eliſio: vt* σκᾶπτον *pro* σκῆπτρον. *Eſt propria Dorum.*

9. Ἀποκοπή, *eſt abſciſsio literæ vel ſyllabæ in fine: vt* ἱδρώ *pro* ἱδρῶτα, κυκεῶ *pro* κυκεῶνα. *Eſt affectio Dorum.*

De alijs Dialectorum affectionibus.

Iones
- *Tmeſes ſeu ſectiones vſurpant: vt* πέλοπος νῆσος *pro* πελοπόννησος: ἄκρα πόλις *pro* ἀκρόπολις.
- *Vertunt aſpiratas in tenues, & tenues in aſpiratas: vt pro* χιτὼν κιθών: *& pro aſpiratis ſynalæphis tenues proferunt, vt* ἐπίππων *pro* ἐφίππων.
- *Diſſolutionibus vtuntur propriè, maximè in circũflexis in vltima, vt* ποθέω *pro* ποθῶ.
- *Auferunt primas dictionum conſonantes, vt* εἴβειν *pro* λείβειν: *& ſyllabas, vt* κεῖνος *pro* ἐκεῖνος.
- *Conſonantes geminant, vt* μέσσον *pro* μέσον: ἄδδω

pro ἄδλω.

Iones | Tranſponunt literas:vt καρδίη pro κραδία : etiam in aliam ſyllabam,vt γουνὸς pro γόρυδς.

Attici | Synalæphas crebrò vſurpant: vt τῷ 'μῷ pro τῷ ἐμῷ.
Tollunt ι ſubiunctiuum: vt ἔπαεσι pro ἐπαῖεσι, πόημα pro ποίημα, ποεῖν pro ποιεῖν.
Coniungunt duas dictiones in vnam : vt τοὔνομα pro τὸ ὄνομα.
Contractionibus gaudent: vt πατρῷος pro πατρώϊος.
Dictionibus addunt ι longum:vt νυνὶ, οὑτοσί, τουτονί.
Addunt literas initio dictionis: vt pro σάχυς ἄσαχυς, pro ὦγα ἔωγα ab οἴγω.
Elidunt & ſimul vtuntur craſi, vt ὀυ γὰρ μούστιν, pro ὀυ γὰρ μοί ἐστιν.
Interponunt literam : vt pro ἦχα ἀγήοχα ab ἄγω: vel ſyllabam , vt ἐδήδοκα pro ἦκα ab ἔδω; præter repetitionem priorum literarum præſentis.
Interdum vna cum tono ſignificationem variant: vt φάσις fama, φᾶσις Phaſis fluuius.

Dores | Reduplicatione,ος,πα,τι vtuntur : vt ὅττι pro ὅτι, ὅππη pro ὅπη, τοσσοῦτον pro τοσοῦτον.
In diphthongis impropriis ᾳ,ῃ, ῳ,ι ſubſcriptū negligunt:vt τᾶ Αἰνείᾳ pro τῷ Αἰνείᾳ.
Producunt ancipites: vt ἶσος ἐνυαλίῳ pro ἴσος

Aeoles | In αις monoſyllaba diuidunt:vt πάϊς, δάϊς.
Geminant σ,π,τ,pro τόσον τόσσον,pro ὅπη ὅππη, pro ὅτι ὅττι.
Conſueuerunt vocalibus præponere digamma: vt

pro οἶνον ϝοῖνον.

Vtuntur ſyncope in compoſitis vocabulis geminantes mutas: vt κάππεσεν *pro* κατέπεσεν, κάδδε *pro* κατὰ δὲ.

Aeoles } *Ex* ει *faciunt* ε *geminata immutabili, pro* ἱμείρων ἱμέῤῥων.

Literam β *ante* ρ *addunt, cum ei ſubiungitur* τ *vel* χ, *vel* δ: *vt* βρυτὴρ *pro* ῥυτὴρ, βράχος *pro* ῥάχος, βρόδον *pro* ῥόδον.

DE DIALECTIS PRIMÆ Declinationis.

Nominatiuus ſingularis }

Ionicè, ας *vertitur in* ης: *vt* Αἰνείας, Αἰνείης: *Si verò* ας *fuerit purè Doricum, Ionica dialectus nullum locum habet.*

Ionicè *multis patronymicis in* δης, *per* Epectaſin *interponitur* α: *vt* λαερτιάδης *pro* λαερτίδης.

Doricè ης *in* ας *mutatur : vt pro* χρύσης χρύσας.

Poëticè *ab* ει *tollitur* ι: *vt pro* ἑρμείας, ἑρμέας. *Et interdum* ει *deſideratur: vt* ἑρμᾶς.

Poëticè *Vocatiuus in* α *terminatus, pro Nominatiuo vſurpatur: vt* ὁ μητίετα *pro* μητιέτης.

Genitiuus ſingularis			
	Cõmuniter & Atticè	ου	αἰνείου.
	Ionicè	εω	αἰνείεω, *accentu in antepenultima, ſi in nominatiuo ſit in penultima: ſi verò ſit in vltima, in genitiuo erit in penultima.*

Genitiuus ſing.

Doricè.	α	αἰνεία.
AEolicè rarò tamen.	ᾱν	αἰακίδᾱν pro αἰακίδου.
Bœoticè & AEolicè.	αο	αἰνείαο.
Poëticè.	ω	αἰνείω, ab Ionibus enim ε eliditur.

Datiuus ſingularis

Communiter	ᾳ	αἰνείᾳ, à nominibus in ας.
Communiter	ῃ	χρύσῃ, à nominibus in ης.
Ionicè.	ῃ	αἰνείῃ.
Doricè	ᾳ	χρύσᾳ.

Accuſatiuus ſingularis

Ionicé.	ην	αἰνείην, à nominib. in ας
Ionicè iterũ	εα	diſſoluitur enim η in εα, & abÿcitur ν: vt αἰνείεα, χρύσεα.
Doricè.	αν	in nominibus in ης,. vt χρύσαν.

Vocatiuus ſingularis. *Atticè in omnibus declinationibus Vocatiuus eſt idem cum nominatiuo, vt ὦ αἰνείας, ὦ χρύσης, ὦ λόγος, ὦ Δημοσθένης, ὦ ὄφις.*

Dualis *numerus* *Apud Aeoles nullus eſt vſus numeri dualis, quos Latini poſtea ſunt imitati.*

Genitiuus pluralis

Formatur à genitiuo ſingulari addendo ν, & mutato ου in ω, vel ο ſimplex in ω.

vel malim ab accuſatiuo ſing. mutata ultima uocali in ω circumflexum

Communiter.	ων	αἰνειῶν.
Ionicè.	εων	αἰνειέων.
Doricè.	ᾶν	αἰνειᾶν.
Bœoticè & AEolicè	αων	αἰνειάων.

Datiuus pluralis

Ionicè	ησι	αἰνείαις & αἰνείῃσι, vertunt enim αι in η.
Ionicè, Atticè, Doricè		Omnibus datiuis in ς deſinentibus additur ι, vt αἰνείαισι, λόγοισι.

Accuſatiuus pluralis } *Ionicè* { *εας* } Αἰνείεας, κατὰ διάλυσιν, *id eſt, per diſſolutionem.*

DIALECTI SECVNDÆ declinationis.

Nominatiuus ſingularis }

Ionicè,*α vertitur in η,& ſeruatur in omnibus caſibus eadem inflectendi ratio,quã nomina in ῆ retinent: vt* ἡμέρη,ἡμέρης, ἡμέρῃ.*pro* ἡμέρα,ἡμέρας,ἡμέρᾳ. *nec valet eorum ratio, qui dicunt hanc permutationem literæ η pro α, habere tantum locum vbi α eſt longum, nam apud Herodotum legitur* ἀληθηΐη *pro* ἀλήθεια,*cũ tamen α ſit breue.*

Doricè,*η migrat in α,& in reliquis caſibus pariter retinetur:vt* τιμὰ,τιμᾶς,τιμᾷ,τιμὰν,*pro* τιμὴ,τιμῆς,τιμῇ,τιμὴν.

Poëticè,*proſchematiſmus, id eſt,adiectio ſyllabæ* φι,*inſeritur: hoc modo,*τιμὴ,τιμῆφι,οὐρανία οὐρανίαφι. *Idem accidit quibuſdam nominibus tertiæ:ſed ex terminatis in* ος *&* ον,ς *&* ν *prius abijciuntur:vt* πόντος ποντόφι; *cũ enim præcedit* ο,*talia nomina accentu in penultima notantur; quam rem multi Grammatici non animaduerterunt,ſecus verò accentum natiuum retinent: In quinta quoque declinatione, neutra quædam deſinentia in* ος,*& fæminina in* ων,*eandem adjectionem admittũt,ſed* ος *prius vertitur in* ες,*vt* ςῆθος ςήθεσφι.*In fæmininis autem,ſumitur genitiuus in* ονος, *antequam*

tequam addatur φι, ς reÿcitur: vt ἡ κοτυληδὼν; forma genitiuum τῆς κοτυληδόνος: auferas ς, & addas φι, formabitur nominatiuus ἡ κοτυληδονόφι, indeclinabile. Nulla enim talia nomina varietatem caſuum ſuſcipiunt, ſed ex ſola orationis iunctura caſus & numerus cognoſcuntur; notandum eſt tamen fœminina in η terminata huius ſecūdæ declinationis interdum habere ι ſubſcriptū vt apud Homerum φαινομένηφι, hoc verò contingit cum in datiuo ponuntur.

Poëticè, *nominibus deſinentibus in η aliquando interſerunt αι, vt σελήναιη, ἀναΐγκαίη, pro σελήνη, ἀνάγκη.*

Nominatiuus ſingularis

Poëticè, *præterea hæc declinatio, cum tertia, & quinta, Apocopen patitur, quæ fit, aut literam amputādo, idque in paucis: vt γλῆν pro γλήνη, γάλα pro γάλαξ, ἄλειφα pro ἄλειφαρ aut ſyllabam integram abſcindendo, idque in pluribus: vt τὸ κρῖ pro κριθὴ: τὸ ἔρι pro ἔριον, τὸ δῶ pro δῶμα, τὸ σκέπα pro σκεπάσμα. Quod non ſolum in nominatiuo, ſed in omnibus caſibus ſingularis numeri quintæ declinationis fieri ſolet.*

Ingenitiuo *vt τοῦ αἴα, τοῦ θόα, aliqui dicunt αἴαν θόαν, pro τοῦ αἴαντος, θόαντος.*

In datiuo *vt τῇ δαί, τῇ θέτι, τῇ μάστι. τῷ ἱδρῶ. pro δαΐδι, θέτιδι, μάστιγι, ἱδρῶτι.*

In Accuſatiuo *vt τὸν ἀπόλλω, ποσειδῶ, ἱδρῶ, pro ἀπόλλωνα, ποσειδῶνα, ἱδρῶτα.*

Datiuus ſingularis

Poëticè *Datiuus ſingularis* μεταπλασμὸν *recipit. Eſt autem Metaplaſmus vnius declinationis in aliam traductio: vt* τῇ ὑσμῖνι, *tanquam ſi eſſet quintæ, pro* ὑσμίνῃ, τῇ ἀλκὶ *pro* ἀλκῇ: *& hoc fit metri gratia, vt corripiatur in quibuſdam tantum nominibus.*

Genitiuus & Datiuus pluralis

Genitiuus & Datiuus pluralis variātur ĳſdē dialectis quibus genitiuus & datiuus primæ declinat. eiuſdē numeri.

Accuſatiuus pluralis

Dores *corripiunt accuſatiuos in* ας: *vt* νύμφας, κρήνας: *& participia, vt* νοήσας.

AEoles *quorundam nominum accuſatiuis addunt* ι: *vt* καλαῖς *pro* καλάς.

DIALECTI TERTIÆ
Declinationis.

Genitiuus ſingularis	Communiter.	ου	*vt* λόγου.
	Ionicè, Atticè, & Theſſalicè	οιο	*vt* λόγοιο
	Doricè.	ω	*vt* λόγω.

Datiuus ſingularis & pluralis cum accuſatiuo ſingulari.

Datiuus ſingularis, & pluralis, vnà cum accuſatiuo ſingulari, in quibuſdā metaplaſmum non repudiant: vt in datiuo τῷ κλάδι *pro* κλάδῳ, τῷ μελιηδέϊ *pro* μελιηδάτῳ. *In accuſatiuo,* τὸν λῖτα *pro* λῖτον; *vbi & accentus ab Homero retrahitur, & mutatur. In datiuo plurali* τοῖς ἄστρασι *pro* ἄστροις, ἀνδραπόδεσσι *pro* ἀνδραπόδοις. *Hæc tamen & ea de quibus dictum eſt in ſecūda declinatione, docet Anteſignanus fieri ab inuſitatis nominibus quintæ declinationis.*

Aeolicè & Doricè *aufertur* ι *ſubſcriptum:* τῷ λόγω.

Genitiuus Dualis Communiter οιν λόγοιν.
Ionicè οῖιν λογόιϊν.

Pluralis nominatiuus: Ionicè οι *diphthongus vertitur in* ες *ſyllabam, quod putarem fieri per Metaplaſmũ Euphoniæ gratia: vt apud Homerum,* ἐρίηρες ἑταῖροι, *pro* ἐρίηροι: *&* ἐρυσάρματες ἵπποι, *pro* ἐρυσάρματοι.

Accuſatiuus plural.

Communiter	ους	λόγους.
Doricè	ος	*ablato* υ, *vt apud Pindarum* τὸς νάσος *pro* τοὺς νάσους.
AEolicè & Doricè	ως	*vt* τὼς λόγως.

AEoles *quoque pro accuſatiuo datiuum accipiunt in pluralibus huius declinationis: vt* τοῖς ἀνθρώποις, *pro* τοὺς ἀνθρώπους, υ *enim apud eos vertitur in* ι.

De adiectione ſyllabæ φι, *quæ locum habet in hac declinatione dictum eſt in ſuperiori.*

DIALECTI QVARTÆ Declinationis.

Nominatiuus ſingul.: *Nomina, quæ in tertia declinatione terminantur in* αος, *ſi* α *illud producatur, vt penultima breuis fiat,* α *Atticè mutatur in* ε *breue: vt* Νικόλεως *à nomine* Νικόλαος. *Si verò* α *fuerit correptum, nulla fit mutatio: neque enim ex* οἰνόμαος *fit* οἰνόμεως, *ſed* οἰνόμαος. ω

Genitiuus ſingularis	Poëticè, *per proſchematiſmum adiũgitur* ο, *vt* πετεῶ πετεῶο, *vel* πετεῷο, *puncto ſubſcripto, ab Ionico* οιο.
Accuſatiuus ſingularis	*Attici antiqui accuſatiuum per* ω *efferebant, vt* τὸν μενέλεω, τὴν ἅλω.

DIALECTI QVINTÆ declinationis.

Nominatiuus ſingularis	AEolicè *nomina & participia maſculina in* ας, *aſſumunt* ι: *vt* τύψαις *pro* τύψας: μέλαις *pro* μέλας: *Illa tamen quæ terminarētur in* αιας, *propter hiatum duplicis* αι, αι, *hoc non admittunt, ita vt non dicatur* αἴαις *pro* αἴας. Poëticè νῦς *monoſyllabum diſſoluitur, vt* νηῦς, γρηῦς *pro* νηῦς, γρηῦς. Poëticè & Ionicè αυς *in* ηυς: *vt* ναῦς νηῦς.
Genitiuus ſingularis	Poëticè *genitiuus in* αντος, *ablato* ντος, *aliquãdo in* α *terminatur: vt* τοῦ αἴα *pro* αἴαντος, *à nominatiuo* αἴας. Ionicè & AEolicè *nomina in* ις *declinita per* δος, *remoto* δ, *purè inflectuntur: vt* θέτιος *pro* θέτιδος, *à nomine* θέτις: πάρειος *pro* πάρειδος, *à nomine* πάρεις.
Accuſatiuus ſingularis	Poëticè *Accuſatiuus nominum in* υς, *quorum genitiuus formatur in* ος *purum, exit in* α: *vt* τὸ βότρυα *pro* βότρυν, *à nominatiuo* ὁ βότρυς.

Vocatiuus ſingularis
- AEolicè *Vocatiuus à rectis in ων per ω, vt corripiatur, in ον per ο finitur: vt ὦ χελιδὸν pro χελιδών.*
- Poëticè *è vocatiuis in αν & ουν abijcitur ν: vt ὦ λαοδάμα pro λαοδάμαν, à nomine λαοδάμας: ὦ πλακοῦ pro πλακοῦν, à nomine πλακοῦς.*

Datiuus pluralis
- Poëticè *datiuus pluralis à nominatiuo plurali formatur addito σι, ſed in neutris prius mutatur α in ες: vt οἱ αἴαντες αἰάντεσσι: τὰ βήματα βημάτεσσι, & metri gratia interdum abijcitur alterum σ, vt βημάτεσι.*
- AEoli *pro datiuis quinta vſurpant datiuos tertiæ finitos in τοις: vt τοῖς γερόντοις pro τοῖς γέρουσι: τοῖς διλημμάτοις pro τοῖς διλήμμασι.*

De Apocope & proſchematiſmo dictum eſt in ſecunda declinatione.

DIALECTI PRIMÆ DECLINATIONIS Contractorum.

Genitiuus ſingularis

Ionicè.	εος	*vt* Δημοσθένεος.
Communiter.	ους	Δημοσθένους.
Doricè.	ευς	*vt* Δημοσθένευς: *contrahunt enim* εο *in* ευ *tam in nominibus quam in verbis.*
AEolicè	ου	*vt* Δημοσθένου, *tollendo* ς *à communi dialecto.*

Datiuus ſingular. } Ionicè } εϊ } δημοσθένεϊ.
Cõmuniter & Atticè } ει } δημοσθένει.

Communiter	εα	Δημοσθένεα.
Ionicè	η	Δημοσθένη.
